



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629


**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**




H. 2387.

G. I

21.





TRACTATUS PRACTICVS

DE

CASIBVS

SVMMO PONTI-

FICI, EPISCOPIS, ET

PRAELATIS RELIGIONVM

RESERVATIS.

*IN GRATIAM*

*CLERICORVM REGVLA-*

*rium praesertim Canonorum Praemon-*

*stratensium, qui, vel Parochias curant,*

*vel confessiones excipiunt.*

Collectus & Declaratus.

*Collegii Societatis Jesu. Paderbor.*

Rdo. P. F. Ioan. Georgio

Kiene, SS. Theol. Doct. Monaste-

rij Marchallensis Canonico

Praemonstratensi, & Priore.

CONSTANTIAE,

Ex Typographeo Leonardi Straub,

Typ. J. d. Anno M DC. XXIX.



**E**Xpedit plures libros à  
pluribus fieri diuerso sty-  
lo non diuersa fide, vt ad plu-  
rimos res ipsa perueniat ad a-  
lios sic, ad alios autem sic. D  
*Aug. lib. 1. de Trinit. Cap. 3.*



IOANNI

AMPLISSIMO ANTISTITI  
PRAESVLI RELIGIO-  
S I S S I M O

INCLYTI COENO-  
BII MARCHTALLENSIS

CANONICORVM PRAE-  
monstratensium

ABBATI

EIVSDEM IN-  
STAVRATORI, PROPAGATI

GATORI VIGILAN-

TISSIMO.

PARENTI OPTIMO

LIBERALISSIMO MOE-

CENATI.

*Hunc de Casibus Reservatis Tractatum.*

Lubens merito gratusque  
offert.

A 2 Epi-



## Epistola

---

Reuerendissime

PATER.

**S**I veteranoſtri  
Cœnobl monu-  
menta ſeu verius  
rudera perſcru-  
tor, ſatis demirari nequeo, in  
tantâ virtuoſorum Præſu-  
lum & Fratrum erudito-  
rum copia non vel vnum ex-  
titiffe, qui maiorum facinora  
enucleatiùs poſteritati voluiſ-  
ſet conſecrare. Ita namque na-  
turâ comparatum eſt, vt ad  
eorû, qui præiuêre, ſimilitudi-  
nem poſteri ſeſe facile effin-  
gant. Et quid iucundius, quã  
viuentes ceras intueri, è qui-  
bus

## Dedicatoria.

---

bus quasi liquefcentibus do-  
cilem vitæ normam assumas;  
Nec ad virtutum incitamenta  
haut quicquam potentius,  
quàm loquentes tabulas, quæ,  
virtutes & quo compendio  
paratas, distinguunt, perlu-  
strare. Præfuere nostro Cœ-  
nobio Antistites sanctitate, ze-  
lo, eruditione præclari, qui-  
bus Canonice Regulæ disci-  
plina quasi morum ordinata  
correctio, & observatio, fuit  
in delitiis: habere haut dissi-  
miles sui filios Abbates, qui  
præterquàm, quòd suæ salutis  
strenuè litarent, vineam insu-  
per Dei impigris viribus, ex-  
colere, sicuti sedulos anima-

A 3 rum

## Epistola

rum Pastores decet, sacra elo-  
quentiâ irrigare; vt fructus  
locupletes auferrent, perre-  
xerunt; An maluerunt facere,  
quàm scribere? Enimverò i-  
gnoscite Beatæ mentes, pul-  
chrum equidem fuit sanctè  
vixisse, Reipublicæ Christianæ  
benefecisse; etiam benè scri-  
psisse & benefacta ad imitatio-  
nem monumentis tradidisse,  
neutiquam fuisset absurdum.  
Notior enim esset Beatæ vitæ  
Eberhardi ex Illustri Walpur-  
gensium familia oriundi mo-  
destia, castimonia, innocentia,  
morumque integritas inter  
primos Præpositi. Et res mi-  
raculo erat, multis à SS. Reli-  
quia.

## Dedicatoria.

---

quiarum sepultura post annis  
digitos principes, quibus Po-  
pulo bene, & dicere & pre-  
cari solitarat, illæfos compo-  
fitosque ad faustam utiq; pre-  
cationem iterandam, aspicere.  
Alii etiam Abbates, quorum  
gesta compendiosius quàm o-  
porteat recensentur, strenuè  
desudarunt, ut Coenobium ab  
Hæresi vicinâ deastatum  
pristinum reciperet florem.  
Hoc majoribus nos posteri  
vertere laudi debemus, quòd  
Coenobiũ Marchtallense diu-  
tiùs nunquã, seu discipline Re-  
ligiosæ remissio, seu rei fami-  
liaris spectetur infelicioꝝ cura,  
ruinam sustinuisse, quin à suis

A 4 statim

## Epistola

---

statim Alumnis erigeretur; quod si nostræ duntaxat ætatis meminisse cupiam, quæ illi decora & ornamenta addiderunt duo insignes Abbates Ioannes Reitgasser & Iacobus Hössius? Ille primus labefactæ disciplinæ suppetias ferens ab imposito Religionis iugo defilientes reducere adlaboravit, cui etiam senio jàm prouecto ob singularem prudentiam, zelumque Reuerendissimus D. Generalis & Archicœnobij Præmonstrati Abbas Ioannes de Pruetis lustrationis causa in Germania morans Nestoris ætatem peroptauit, successorem hunc nactus pari  
pie-

## Dedicatoria.

---

pietate & politica œconomia  
feliciorum, & literarum, ac li-  
teratorum eximium Patronū,  
cuius memoria in benedictio-  
ne est; Næ omnes isti jura Cœ-  
nobii inuiolata seruarunt, atq;  
talentum tenue, id est funda-  
tionem fortunatâ negotiatio-  
ne adauxerunt? Veruntamen  
tu vnus ferè vniuersos supe-  
ras, Præsul dignissime, siue e-  
nim in Te dilaudare habeam  
vitæ integritatem, possum, sed  
nolo amplius, nisi quod S. de  
S. Basilio Nanzianzenus per-  
scripsit, Vita Basilij omnibus  
fuit Canon viuendi, Tibi ho-  
dieque competere, circa om-  
nes enim Te ipsum bonorum

A s omni-

## Epistola

omnium præbes exemplum:  
Si zelum in afferenda disci-  
plinâ, audeo, plus ceteris su-  
dasti, & feliciori progressu,  
quod ex vita tuâ constaret Ma-  
gisterii auctoritas, docendo fa-  
ciens obedientem perfecisti  
auditorem. Secessus spirituales  
veluti disciplinæ nervos ac of-  
fusa Religionis iniunxisti, super-  
stites inconditi seculi corru-  
ptelas sustulisti, iisque legibus  
obfirmasti, ut absq; aliorum  
adminiculo solidè subsisteret,  
normam atque Religionis fa-  
cem prætulisti. Quapropter  
dignas tua sedulitas à Summis  
S. Ordinis nostri Canonici  
Capitibus laudes reportavit.  
Siue

## Dedicatoria.

---

Siue œconomix vigilantiam  
deprædicem : non tam felix,  
quàm mira refulsit, quibus o-  
neribus secundo statim tui Re-  
giminis Anno cęperat obrui  
Cœnobiũ & insultibus impeti  
( quasi de industria prospera  
huius Antistitis aduersis ra-  
diarentur ) hodieq; seculo post  
hominum memoriã maximè  
calamitoso, perferentiscit, etsi  
fortianimo quicquid calami-  
tatis accidit, ferendum, si  
in Communis patriæ, Sacri-  
que Imperij salutẽ redundet.  
Debebas in pagis, militem su-  
stinere, stipendio iuuare, sur-  
sum deorsum transeunti ami-  
corum numerofo exercitui,



## Epistola

totisque castris, sportulam parare, viciniae auxiliarem opem implorati submisso com metu succurristi, taceo hostium iniquissimas exactiones: quot millia florenorum Bellonae numerasti? Ex iis, quantus oeconomicus fueris, facilis capitur coniectura, Amphitheatrum honoris est hoc tempore inter aduersa eluctari; siue commemorare debeam literarum expensas, nullus fuit qui plures & diutius in Academiis aluerit. Quod si Norbertinae familiae propagationem considerem, à quarto seculo tot Canonicos non vidit Coenobium Marchtallense, Te  
Præsi-

## Dedicatoria.

---

Præfide tres & viginti ad solennem votorum nuncupationem admissi, totidem ad Presbyterij dignitatem fuere, electi. Et tamen sicut Antecessores in paucis & prosperis, ita Tu longè felicius in multis & aduersis res domesticas tractas, augesquè. Siuè deniquè prudentiam, sapientiam, atque rerum agendarum dexteritatem, seu quod Historiæ caput est, meminisse velim comitatem, mansuetudinem ac amorem erga tuos, curas solariaq; aduersus infirmos, iterumque triumphas vniversos. Memoriae proditor S. Norbertum Canoniorum Præmonstratensium

tenfi-

## Epistola

tenfium conditorem fuis Tri-  
iſthæc ſingulariè commendaf-  
ſe, Exteriorem ſcilicet Tem-  
pli rerumque ſacrarum mun-  
ditiem: in Capitulo dein de-  
lictorum caſtigationem: Pau-  
perum denique curam ac ho-  
ſpitalitatem, atq; vauidico ore  
condixiſſe, nullam domum e-  
gere poſſe, quæ hiſce monitiſ  
inſiſteret: Exequutus es SS.  
Parentis voluntatē Præſul O-  
ptime: Templum ex obſcuro  
illuſtre & humili ſplendidum  
effeciſti, vt nemo non miretur  
nouitium nitorem, & in deco-  
ro Religioſam mediocritatē,  
qui vidit obſcuritatem. Qua  
autem veneratione à Te ſacræ  
Reli-

## Dedicatoria.

Reliquiæ excipiantur, luculentè testatur honor nouo tutelari nostri Cœnobii Tyberio exhibitus, cuius Sacrum Caput non tam magnificè, quàm religiosè decorari, ac incingi curasti; quavè munditiæ vestes, ceteraque Ecclesiæ ornamenta habeantur, abundè scitur, quia videtur, & omnibus laudatur mundus, quin uniuersus Cœnobii ambitus in illustriorè faciè, & cōmoditatè transmigravit. Educas præterea tuos iuxta D. Pauli præceptionè, in disciplina & correptione Domini. Cesso nunc extollere pauperum auxilia, vox Populi benignitatè diulgat,

gat,

## Epistola

gat, clamat, gratulaturque alterum sibi Ioannem Eleemosynarium obtigisse, verè illud Iobi symboli loco vsurparis, ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Quot centenis exterorum iustam stipem indies distribui, viduis, senibusque ac infirmis omnia ciborum genera corrogari mandas, nutris inquilinos complures, non tamèn eget nostra domus, sed magis floret. Perge Præsul benignissime derelicto Populo benefacere: Quicquid illi pio affectu impenditur, Deo largitori redditur; Non egebit domus

mus

## Dedicatoria.

---

mus si vati, & nuper reperto  
Norberto Glorioso Fides ad-  
hibetur, aut diuino psalti,  
qui Beatus est, inquit, qui in-  
telligit super egenum & pau-  
perem, in die mala liberabit  
eum Dominus, quàm felix,  
quæ beat, eleemosyna, & to-  
tum sibi iam Coelum habet  
oppignorum. Atquè hæ  
sunt mihi cum aliis commu-  
nes, inter alias, causæ (vt pri-  
uatas nunc silentio inuoluam,  
quòd nimirum Tuo duntaxat  
suffragio sim Religiosus & stu-  
dia, quæ Philosophica, quæ  
Theologica, magno sanè be-  
neficio, ad finem vsque in  
Dilingensi Academia perdu-  
xerim)

## Epistola

---

xerim) quæ me impulere, vt  
Tuo nomini studii mei pri-  
mitias, non tam ostenderem,  
quàm grati animi, memo-  
risque beneficiorum testifi-  
cationem significarem, & pu-  
blicum virtutum tuarum A-  
nathema aliquod, licet lon-  
gè impar, suspenderem, quod,  
si serenâ fronte excipietur,  
inter cetera beneficia rectè  
numerauero. Faxit porrò  
DEVS Optim. Maxim; vt  
longissimè, ac felicissimè Cœ-  
nobia, quod Iustitiâ & Reli-  
gione adornasti, nouo flo-  
ri ac vigori restituisi, præsi-  
deas.

Ex Marchtallensi Cœno-  
bio

Dedicatoria.

---

bio vigesimo quarto Iunij S.  
Ioanni Baptistæ sacro. Anno  
C17, DC, XXIX.

*Filius Amantissimus*

Ioannes Georgius Kiene

Appro-



## Approbatio.

**N**OS IOANNES CHRISTOPHORVS Ordinis Premonstratensis Minorau-  
gensis Abbas, SS. Theologiae Do-  
ctor, Compendiarium de Casibus  
reseruatis, tractatum R. P. F. Ge-  
orgii Kiene SS. Theologiae Docto-  
ris, & Canonorum Premonstra-  
tensium in Marchtall Prioris, per-  
legimus, lustrauimus, nihil tamen  
vel veritati, vel iuri, vel DD.  
approbatorum placitis aduersum of-  
fendimus. Quare pro utilitate ac  
commodo plurimorum hunc ipsum  
tractatum euulgari posse censentes,  
vtrumq; manu sigilloq; nostro mu-  
nuimus, In Minorauigia nostra 12.  
Maii Anno 1629.

L. S.

Ca. 12.

## Approbatio.

---

**C**um in tractatu practico de  
Casibus reservatis à R. P. F.  
Ioanne Georgio Kisne S. Theolo-  
giae Doctore, Canonico Regulari &  
Priore in Monasterio Marchtallen-  
si, Ordinis Præmonstratensis, colle-  
cto & declarato, non modo nihil  
Religioni Catholicae aut bonis mori-  
bus contrarium, verum etiam re-  
condita Sapiencia ac doctrina ibi-  
dem inueniatur, illum luce publica  
dignum censeo.

L. S.

P. F. Matthias Binder, Ca-  
nonicus Regularis Ord.  
Præmon. & Prior Cœ-  
nobii Sorethani, Theo-  
logus,

Facul-

## Facultas Superiorum.

**N**os Ioachimus Monasterii B. Mariæ  
& Verene Virg. in Roth humilis  
Abbas, nec non Canoniarum Re-  
gularium Præmonstratensium per Sue-  
ciam, Alsatiam, Grisoniam Visitator,  
& Vicarius Generalis &c. ex potestate  
nobis à Reuerendissimo P. N. D. Domino  
Petro Goffetio eiusdem Ordinis Genera-  
li &c. concessâ damus facultatem, ut  
Tractatus Practicus de Casibus Reserva-  
ris, à R. P. Ioanne Georgio Kiene SS. Theo-  
logiæ Doctore, Monasterii Marchtallensis  
Canonico, & Priore concinnatus, à duo-  
bus Ordinis Theologis, quibus id iniun-  
ctum fuit, examinatus, ac probatus, in  
lucem edatur. In cuius fidem has manus  
propria, sigilloq; Officii consueto munitas  
dare volumus. Ex nostro Cœnobio Roth,  
oëtauo Maii, Anno Domini 1629.

L. S.

F. Ioachimus Abbas Rothenfis.

Practi-

## Approbatio.

**P**RACTICUM TRACTATUM DE CASIBUS SUMMO PONTIFICI, EPISCOPIS & RELIGIONUM PRÆLATIS RESERVATIS À REVERENDO PATRE & DOCTISSIMO DÑO IOAN. GEORGIO KIENE S. THEOL. DOCTORE, MONAST. MARCHTALLENS. CANONICO REGUL. & PRIORE CONCINNATUM, DE POTESTATE AB ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO PRINCIPE AC DÑO, DÑO IOANNE EPISCOPO CONSTANT. DÑO AUSTRIÆ MAIORIS & OENINGÆ & C. MIHI FACTA, UTILITER IMPRIMI POSSE CENSEO.

Ego Leonardus Hamerer, S. Theol. Doct. Canonicus ad S. Stephan. Constantiæ.

Ad

## Ad Lectorem.

**T**Ametsi non ignorem, hanc de Casibus Reservatis materiam à multis viris eruditissimis ita doctè, & copiosè tractari, vt planè nihil amplius desiderari posse videatur. Verùm cum eorundem libri non cuius ad manus sint, nec integrè evoluendi tempus & facultas suppetat, ideò iussu Superiorū & Obedientiæ virtute inductus, hanc materiam in gratiam potissimùm Canonicorum Præmonstratensium (quorum Ordo non solum ad propriam, sed etiam proximorum salutem sedulò procurandam institutus est) in certa quædam Capita compendiosè redigi: non diffidens, hunc meum qualem qualem conatum lectorem candidum æqui, boniq; consulturum. Vale, & si placet, fruire.

Pars I.

# Pars I.

De Casibus Summo  
Pontifici reseruatis.

Caput I.

*De Casu reseruato, quid  
sit?*

Synopsis.

- I. *Casus reseruatus est peccatum vel  
censura cuius iurisdictio absolu-  
tionis penes reseruantem manet.*
- II. *Iurisdictio absoluendi à mortali  
peccato non extenditur ad reser-  
uata.*
- III. *Atrociora peccata solum sunt re-  
seruanda.*

B

IV. Re-

IV. *Reservatio competit Papa, Episcopis, Prælati Religionum.*

I. **N**otio Casus Theologis  
 vsurpata bifariam sumitur. Primò & latè, pro  
 quacunque quæstione de actibus  
 moralibus formatâ. [A] Secundò  
 & strictim, pro solo peccato. [B]  
 per quod operâs moraliter homo  
 à virtutis rectitudine cadit: iuxta  
 hanc notionem Censuræ Eccle-  
 siasticæ [C] Irregularitas [D] Iu-  
 ramentum. [E] Votum. [F] sub  
 casus appellatione non veniunt,  
 Censuræ enim per se peccata non  
 sunt, sed pœnæ peccatis adnexæ;  
 Irregularitas est impedimentum  
 quo aliquis directè & primariò à  
 SS. Ordinum susceptione remo-  
 uetur; Iuramentum deniq; & Vo-  
 tum sunt potius actiones virtutis  
 Religionis, quàm peccati. Pari de  
 causa acceptio [G] casus reservati  
 latè extendi potest ad censuras,  
 Irre-

Irregularitatem & huiusmodi alia: strictim verò solùm ad peccatum Reservatio autem est negatio [H] iurisdictionis, seu absolutionis circa aliquod peccatum, Censuram, Voti dispensationem.

[A] Sayr Clavi Regia l. 1. c. 1. nu. 3. [B] idem num. 4. Cornelius in Epist. ad Rom. c. 5. v. 15. ubi Ad peccatum Casus nuncupatur, cum Communi, in 1. p. D. Th. de Casu seu peccato Angelorum. [C] Avila. p. 1. dub. 4. Sayr. l. 1. Thesauri de Censuris c. 1. n. 8 & 9. Nau. in Man. c. 27. n. 1. [D] Sayr cit. l. 9. c. 1. n. 9. [E] S. Th. 2. 2. q. 89. a. 1. Sayr. Clav. Reg. l. 5. c. 1. de Iuramento. n. 3 & est de fide. [F] Azor. Tomo. 1. Instit. Moral. c. 4. [G] Sayr. cit. [H] Filliut. t. 1. tract. 7. c. 10.

II. Iurisdictio [A] per approbationem Episcopi ordinariè collata, non se extendit ad Absolutionem reservatorum, nec facultas à

B 2 refer-



Reservatis liberandi eadem est cum potestate tollendi censuras, dispensandi in Irregularitate, Vota & Iuramenta commutandi; Aliud siquidem est peccatum præcisè Episcopo seu Prælato Reservari, aliud censuram ex delicto, aut irregularitate ortam &c. Nec dubitandum cum Papa, Episcopus, Prælatus quasi Episcopali jurisdictione præditus possit, delicto atroci censuram sibi reservatam imponere, concessâ interim à peccato absolutione. Secus tamen est [B] de casibus Papæ hodie reservatis, quibus concessis conceduntur etiam censuræ, Papales enim omnes [C] regulariter) annexam habent aliquam censuram

[A] Sayr cit n 5 quod à diversis non fiat illatio. Nau 72. n. 26. cum Comm. D. D. Fumus V. Casus. n. 1. & 3. Suar. tom. 4 disp 29. s. 1.

*f* 1. n 1 Adam. Tan. tom 4. q 9.  
*d* 6 dub. 4 n. 67. [B] Swar. cit.  
*f* 2 concl 2 Fum. cit. n 2 Eman.  
 Sa. V. Casus reseruatius n. 2. ex  
 comm. Canonistarum, & V. Ab-  
 solutio n. 19.

III. Peccatum nec Veniale [A]  
 nec Mortale mere Internum [B]  
 proinde nec ipsa [C] Hæresis nisi  
 signo exteriori de se sufficienti  
 prodatur, nec omnia [D] externa,  
 quæ secundam conditionem &  
 quantitatem operis externi sint  
 mortalia, sed tantum atrociora  
 quædam & grauiora crimina de  
 facto sunt reseruata, quorum re-  
 seruatio non tantum spectat ad  
 censuras seu forum externum, sed  
 culpas & forum internum. Ratio  
 prioris est, quòd, cum nulla sit ob-  
 ligatio cõfiteudi veniale, & abs-  
 que culpa omittatur, imò possit  
 sine vlllo ordine ad pœnitentię Sa-  
 cramentum (neque hoc impedire

B 3

Potest

potest Ecclesia) tolli, inutilis redderetur eiusdem reservatio. Ratio posterioris, quod huiusmodi peccatum occultum non inferat aliis nocumentum, neq; moraliter loquendo, singulari aliqua cautione indiget, quam Ordinarii Confessores nequeant adhibere; atque ideo Casuū reservatio fuit introducta, ut subditi intelligentes huius vel illius sceleris absolutionē difficulter posse obtineri, magis exia eius gravitatē apprehendant & fugiant. Ratio tertiū desumitur ex praxi & traditione Ecclesiæ, quam Concilium Tridentinum [E] adducit definiendo: magno- pere ad Christiani populi disciplinam pertinere, ut atrociora & graviora crimina (in quocunque hominum statu) non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus absoluantur. Et quo Superiores sunt prudentiores, peritioresque.

eò

comelius etiam pœnitentes ab i-  
isdem, quàm aliis possunt iuuari  
& dirigi in foro conscientiae.

[A] [B] [C] [D] *Suar. to. 4. d.  
29. s. 3. Mart. Bonac. disp. 5. q. 7.  
pun 5. S. 1. propos 2. Tan. t. 4 d. 6. de  
Pœnit. Miranda in Man. Prælato-  
rum. Regg. q. 43. a. 3. concl. 2. Fill.  
to. 1. tr. 7. c. 10 à num. 221. Iacob. de  
Graff p. 2. l. 1. de pœnit. c. 7.*

Probabile quidem est posse in-  
terna peccata mortalia directe v. g.  
hæresin mentalem, consensum in  
luxuriam, appetitum vindictæ re-  
seruari. Contrarium tamen magis  
probat, quod nimirum nulla  
potestas videatur aliquid posse  
statuere, præcipere de iis, quæ ne-  
queat cognoscere, iudicare, puni-  
re; Ecclesia de actibus merè inter-  
nis non cognoscit, non iudicat,  
sed iudicio Dei relinquit, qui so-  
lus cordium & renum est scru-  
tator, 1. Reg. 7. Et adstipula-

B 4 tur

tur Communis DD. cum S. Augusti l. 1 de libero arbitrio. c. 6. & S. Th. 1. 2. q. 91. a. 4. Attamen potest Ecclesia indirectè super iisdem iudicare, præcipere, quatenus actus interni sunt principia & circumstantiæ actuum exteriorum, adeoque etiam indirectè poenas & censuras adiicere.

*Vide Sayr. l. 2. de Cens. Eccles. c. 4. à num. 21. Less. l. 2. c. 73. dub. 11. n. 65. & 66. Roder. t. 1. q. 20. a. 1. E. sess. 14. c. 7. de Reform. & Can. 11.*

IV. Huiusmodi reseruandi potestas amplissima est in Sum. Pontifice [A] in vniuersam Ecclesiam, vt ipsis etiam Episcopis cæterisque Prælati certam regulam casus Reseruandi valeat præscribere, & licentiam nimiam restringere; cum enim reseruatio non debeat fieri nisi obiustam & rationabilem causam, maiusq; bonum

com-

commune, atque ex natura sua sit  
odiosa & onerosa subditis, red-  
datque usum Sacramenti diffici-  
lem, non potest pro solo superio-  
rum arbitrio, sed exigente subdi-  
torum utilitate, ad quam prima-  
riò dirigitur, fieri. In Episcopis in  
suas Dioceses; In Prælati Religionum  
in suos subditos, qui in  
foro tam interno quàm externo  
Iurisdictionem ordinariã, & quasi  
Episcopalem habent, ut sunt ex-  
empti Abbates & Generales SS.  
Ordinum, & in Præmonstraten-  
sium Ordine Reuerendissimus  
Generalis, & Vicarius, Vicarij Pro-  
uinciarum, juxta delegationem,  
Abbas in suo Collegio, qu omnes  
vbicunquè locorum existant, à Iu-  
risdictione Ordinariorum cum  
subditis sunt exempti & imme-  
diatè Sedi Apostolicè subiecti. [C]

[A] *Tan cit. n 78. Fill. cit. n. 2. 7.*

[B] *Suar, citat f. 4 num. 1. [C]*

B 5

Miran.

Miran. cit. q. 4. 1. conc. unicâ. Ro-  
de. cit. q. 21. 4. 2. existimat hæ-  
resin esse contrarium affirmare.  
Bonac. d. 5. q. 7. pu. 5. S. 1. prop. 1.  
[D] patet ex amplissimis multo-  
rum Pontificum indulcis Sacro  
Ordini Præm. Canonicorum con-  
cessis. Est verò hæc potestas Reser-  
uandi in Prælati Religionum Iu-  
ris Humani, ut rectè Suar. t. 4. de  
virtute & statu, Relig. l. 2. c. 1. à  
n. 7. docet.



Caput

Caput II.

De Casibus in Bulla Cœ-  
ne, cū adnexa excōmu-  
nicatione Sum: Pontifici  
reservata, contentis, iux-  
ta constitutionē Pauli  
V. editam. An. 1609.  
que incipit Pastoralis.

Synopsis.

- I. Heresis eiq<sup>3</sup> coniuncta scelera.
- II Appellatio à Papà ad futurū Concil.
- III Prædatio in mari.
- IV. Raptus bonorum naufragantium.
- V. Impositio novarum gabellarum.
- VI. Falsatio litterarum Apostolicarum.
- VII. Delatio bellicorum Instrumento-  
rum ad hostes Christianorum.
- VIII, Prohibitio victualium.

IX. Ime



- IX. Impeditio ad Romanam Curiam.  
 X. Vexatio peregrinantium Romanam.  
 XI. Offensio Cardinalium, Primum &c.  
 XII. Molestatio Aduocatorum, Recurrentium ad Curiam.  
 XIII. Appellatio à grauamine.  
 XIV. Auocatio causarum spirituum.  
 XV. Vocatio Ecclesiasticorum ad ius seculare.  
 XVI. Suppressio Iurisdictionis Ecclesiasticae.  
 XVII. Usurpatio bonorum Ecclesiasticorum.  
 XVIII. Impositio decimarum, onerum.  
 XIX. Immixtio Magistratus in causis Ecclesiasticis.  
 XX. Inuadentes bona Sedis Apostolicæ.

Considerandum est primò, Solemnem & antiquum iam in Ecclesia

clesia morem extitisse, vt Summi Pontifices singulis annis feriâ quinta hebdomadis Sanctæ aduersus Hæreticos, Apostatas à fide (non infideles, requiritur enim subiectio Ecclesiæ, quæ à susceptione baptismi incipit) aliosque delinquentes & non parentes mandatis Sedis Apostolicæ, generales Processus, seu sententias ferrent, ac publicarent.

Considerandum secundò hunc processum, quo de agitur, à die quo solemniter diuulgatur, appellari Bulam Cœlæ Domini in quo fertur sententia contra patentes crimina ibidem expressa. An verò sit dicendus à iure, an ab homine. Opiniones vtrinq; probabiles sunt: hoc constat etiam vim obligandi obtinere mortuo Pontifice, non quidem in perpetuum. sed quousque nouus processus edatur. Fill. quest. moral.

L. 2.

t. 2. tr. 15. & 5. de Censuris in particulari c. 1. n. 7. Scortia in selectas Sum. Pont. Const. Theor. 407. & 408.

I. Incidunt in casum cum excommunicatione reseruata Papæ, Apostata [A] à fide, Hæretici [B] cuiuscunq; sectæ, Schismatici [C] credentes Hæreticorum [D] Receptatores, fautores, defensores, [E] Hæreticorum libros, hæresin aut de religione tractantes, scienter legentes [F] tenentes, imprimentes, aut quomodolibet defendentes.

[A] Apostasia est recessus à tota fide Christiana, habetq; adnexã hæresin, & è contra Hæresis partialem Apostasiam: ut hæresis distingatur ab Apostasia tanquã inclusum & minus uniuersale ab includente & magis uniuersali [B] Hæresis est error pertinax veræ fidei manifestè contrarius in eo qui fidẽ Christi

Christi aliquādo suscepit, priuatiuè,  
Affirmatiuo præcepto fidei, & Ne-  
gatiuo opponitur contrariè; atque  
error late sumendus, vt inuoluat  
etiā dubitationē circa res fidei tā-  
quā non minus præcepto Negatiuo  
contrariam fidei Diuina, quā  
errorem positiuum: Etsi quis dubi-  
tat absq; absoluto & formali iudi-  
cio fidei opposito (probabilius) non  
videatur incurrere excommuni-  
cationem Bullæ, cum non habeat  
consummatam ac perfectam hæ-  
resin. A pertinacia excluditur  
error voluntarius quo subinde pi-  
& alioqui veri fideles propter ne-  
gligentiam culpabilem inuoluun-  
tur. [C] Schismatici dicuntur,  
tūm qui subesse renuunt, aut rece-  
dunt ab Obedientia Papæ, nō agno-  
scendo esse Vicariū Christi aut Ec-  
clesiæ Caput, tū qui mēbris Eccle-  
siæ subiectis repugnāt cōmunicare,  
atq; exigitur, vt huiusmodi schisma  
sem.

seu scissura & rebellio sit forma-  
 liter contra Papam tanquam Ec-  
 clesie Caput Scotia. theor. 182.  
 & infra [D] Qui cum pertinacia  
 saltem in communi credunt, vera  
 esse qua ab Hereticis v g. Luthe-  
 rana secta praconibus aduersus  
 Ecclesiam Catholicam praedican-  
 tur, eosq; damnatos norunt tanqua  
 falsorum dogmatum Doctores [E]  
 Formaliter sumi debent, id est,  
 quatenus iuuant hereticos in pro-  
 paganda heresi ne impediantur,  
 aut puniantur Extra causam ve-  
 ro heresis, hereticis qua notoriis,  
 qua oculis fauere in his partibus  
 amplius licet, ubi impune grassan-  
 tur Scot hic cum multis aliis,  
 theor. 410 [F] Ex duplici lege  
 hodie colligitur prohibita esse li-  
 brorum hereticorum lectio. Vna  
 coninetur in Bulla Cæna, & ad-  
 nexam habet excommunicatio-  
 nem Pontifici reseruatam: altera

in Indice librorum hæreticorum,  
quæ etiam obligat sub excommu-  
nicatione, non tamen reservata.

Sic primò, qui mortaliter has leges  
transgreditur sine facultate, v-  
tramq; excommunicationem in-  
currit, & ab Indicis potest qui-  
dem à proprio Confessario absolui,  
quia non est reservata; non autem  
ab excommunicatione Bullæ nisi  
à summo Pontifice, aut privilegi-  
um habente. Secundo, qui tantum  
legit libros prohibitos in Indice, in-  
cidit quidem in excommunicatio-  
nem illius, non tamen Bullæ, si ni-  
mirum legit illorum autorum li-  
bros, qui propter errores, tametsi  
non hæreticos, aut errorum suspi-  
cionem sunt damnati in Indice,  
non tamen prohibiti sunt in Bulla.

Ex parte legentium requiritur, ut  
scienter legant atq; sciant quem  
legunt librum esse hæreticum, aut  
de Religione agere. Hinc Censurâ  
istam

istam non incurrunt, qui laborantes crassâ ignorantia ignorant librum esse hæreticū. Quotiescunq; enim lex pœnalis scientiam requirit, excusat ignorantia etiã crassa, modo non sit crassissima, quæ importaret latissimã culpam ac dolo equipararetur. Vide Sanchez l. 9. de Matri d. 2. n. 39. Neg; etiã opus est, ut legens habeat pravam intentionem seu affectum deserendi veram & admittendi Lutheranam Religionem, aut dubitandi de veritate articulorum, traditionū, sed sufficit sola curiositas.

Existimat Toletus hic in explicatione Bullæ n. 4. legentē unam vel alterã lineam in libro hæretico, quod incurrat excommunicationis sententiam, cuius rationē assignat, quod etiam in unico versu possit perfecta hæresis contineri. Sed alii relictius veluti duram explicationem reiciunt docentes, in lege præsertim.

tim pœnali potius id spectari de-  
bere quod plerumq̄, non quod rarò  
usu venit: plerumq̄, autem tam  
modica in libro heretico lectio non  
grave parit periculum, a deòq̄, lex  
sub tanta pœna non prohibet tam  
modicam lectionem. Alii è contra  
apud Laymann aſſerunt unam pa-  
ginam etiã libri ex maioribus vo-  
luminibus non eſſe ſufficientem  
materiam ad Censuræ incurſionē,  
quæ limitatio etſi nimis magna vi-  
deatur, tamen in hoc prodeſt Con-  
feſſario, ne tam leuiter unum-  
quemq̄, indifcriminatim peccati  
mortalis accuſet, aut exiſtinet ex-  
cõmunicationē Bullæ incidiffe, qui  
ex curioſitate, aut alio fine bono v-  
nam ſolam paginam legit. Hoc cer-  
tum eſſe videtur, illum qui paucos  
duntaxat verſus legit aut ſine de-  
liberatione & quaſi imprudenter  
incidit in librũ hereticum non pec-  
care mortaliter, ac proinde non ex-  
communicari.

Quæ-



Quaritur verò Becanus 2. c. 15 q. 8. n. 4. An Catholici in Germania incurrant in utramq; excommunicationem legentes libros hæreticorum animo refutandi. Et primò respondet, hanc questionem non pendere ex eo, an Catholici legant eiusmodi libros animo refutandi, sed ex eo, an Bulla Cœnæ Domini, & Index obligent Catholicos in Germania, nam ubicunq; Bulla & Index obligant, ibi Catholici incurrant utramq; excommunicationem legentes sine speciali facultate prohibitos libros. Et ubicunq; lex vel Constitutio Pontificis usu recepta est, ibi obligat: ubi recepta non est, nõ obligat, d. c. tur autem usu recepta, quando à maiori parte Communitatis recipitur & observatur.

Hinc sequitur, si Bulla Cœnæ Domini vel Index in Germania recepti non sunt, Catholicos in Germania non

excommunicari, si legunt eiusmodi libros vetitos, tamen si peccent mortaliter si eos legant cum periculo erroris, aut deceptionis, quod frequenter fit; hæc ille. Secundo respndet. Layman l. 1. tr. 1 c. 1. n. 5. Casum accidere posse, quo aliquis vir prudens ac doctus in Germania nihil peccet, si locum aliquem contradictionis in heretico libro querat certo sperans, eo ostenso, alterum ad fidem Catholicam convertendum esse, tunc enim lex naturalis Charitatis erga proximum vivit legem Ecclesiasticam, quam causam, inquit, esse arbitror, cur in aliquibus Provinciis lectio librorum hæreticorum, non tanta severitate prohibita censeatur, quia ad confines hæreticos convincentes necessarium putatur eorum libros legisse.

Mortaliter tamen peccat, qui cum certo vel probabili suo aut proxi-

mi periculo librū hereticū, lascivū  
 obscenū, (uti sunt etiā libelli fa-  
 mosi, vulgō Pasquil, cōtra Papā &  
 alios Ecclesiasticos, Imp. Reges Prin-  
 cipes hoc tēpore sparsi.) ac magicū,  
 superstitiosū legit, aut legi audit,  
 vel legendū præbet, suadet, vel nō  
 impedit, dum pot. st, ac debet, acce-  
 dit Conventū Hereticorū, lasciva  
 miscet, ac superstitiosa colloquia.  
 Tale periculū plerumq̄ experiun-  
 tur ii, qui absq̄ iusta & gravi cau-  
 sa, sed ex curiositate & libidine  
 legunt. Et si hoc periculū non sit æ-  
 quale in omnibus, q̄ alii in legēdo  
 libros, vel sermones hereticos lenius  
 decipiūtur, q̄m alii. Omnibus ergo  
 circūstantiis consideratis prudenter  
 de tota re est iudicandum, ut rectē  
 dicit Becan. cit. n. 8. Vide Indi-  
 cem librorum prohibitorum. Et  
 Scortiam in Selectas Pontificum  
 Constit. Theor 27 & Theor cit.

II, Appellantes [A] ab ordina-  
 tio-

tionibus Papę ad Vniuersale Cōciliū futurū & quorū consilio vel auxilio appellatur. Appellatio est propriè de minore Iudice ad maiore prouocatio, proinde cū Pōtiffex sit supremus Iudex & supra Conciliū Generale, meritò prohibetur huiusmodi appellatio veluti ridicula, & vt claudatur ianua ad omnes Pōtifficū fētētias irridēdas.

III. Piratę, Cursarii, Latrunculi maritimi discurrētes per mare Ecclesię Romanę præcipuè à monte Argentario vsque ad Tarracinum, itidem eorum Fautores, Receptatores, Defensores. Qui per mare Adriaticū & Thyrrenum ex proposito, seu officio rapinas, latrocinia, furta cōmittunt, non in fluminibus, aut alia ex occasione.

IV. Surripientes Naufragantium bona in cuiusvis maris regionibus & littoribus iactata, aut in ipsis nauibus inuenta, Bona cuiusvis

vis

vis generis v. g. vestes, pecunias  
fidelium, non infidelium v. g. Iu-  
dæorum, Turcarum, Apostata-  
rum, Hæreticorum, adeoque qui  
hiscæ naufragantibus aliquid sur-  
riperet, non excommunicaretur,  
sicuti nec ille qui fidelibus in flu-  
minibus aliquid iniuste accipit.

V. Nouas Gabellas vel peda-  
gia imponentes, augentes, vel ex-  
igentes, præterquam in casibus à  
Iure vel speciali licentia Pontificis  
concessis.

*Gabellas intellige nec à laicis v. g.  
studiosis. nec Clericis licite exigi so-  
litis impositas vel auctas, ab eis qui  
carent autoritate imponendi, id  
est, omne publicæ pensionis genus,  
siue sit vectigal pro rebus auectis  
& aduectis soluendum, siue tri-  
butum ex proprio cuiusq. subditi  
solo in subsidium necessitatis Prin-  
cipi conferendum, siue Talliam,  
quæ iuxta proportionem fortuna-  
rum,*

rum, quas quilibet possidet à sub-  
ditis exigitur Gabellas aperte iu-  
stas v.g. pro sternendis viis, & as-  
securandis publicis viis, conserva-  
tione pontium, in conscientia per-  
soluendas, quare si defraudentur,  
obnoxias esse restitutioni, Com-  
munis docet apud Tan tr. 3 d 4.  
q. 6 dub. 12 num. 337. Ab Ec-  
clesiasticis non possunt exigi, vi ul-  
lius consuetudinis, sine expressa  
licentia P. pæ, nisi ex iis rebus quæ  
negotiationibus causa deferun-  
tur, quod ab Ecclesia in odium ne-  
gotiationis conceditur, utpote ma-  
ximè dedecentis Ecclesiasticos Vi-  
de Scott theor. 93 Etsi Commu-  
nitas exigit, id est ab inuitis ex-  
torquet, subiicitur interdicto iu-<sup>de</sup>  
xta Cap Quoniam in 6. Cens si  
personæ singulares excommuni-  
cantur Gabellas imponere possunt  
Imperator, Reges, Principes, aliq,  
qui in sui regni administratione  
C supe-

superiorem non agnoscunt. Papa  
 Concilium Generale, aut qui alio  
 hoc ius legitima & immemorabili  
 (cuius initu non extat memoria  
 scilicet centum annorum) praescriptione compararunt, exigente nimirum iusta causa v g. propter congruam Principis sustentationem, necessitatem, aut manifestam boni communis utilitatem, de rebus solum causa negotiationis, aut mercaturae transmissis. Vnde vulgariter iniusta gabella fiunt rebus iis impositae, quas ad suam aut suorum sustentationem acquirunt. Plura Azor. p. 3 l. 5. c. 19. 20 & 21. de personis à solutione gabellarum exemptis Scott. Epit. 29. §. 6. Conc. Trid sess. 25. c. 20. de reform.

**VI.** Falsificantes litteras Apostolicas aut Supplicationes per Rom. Pontificem, vel aliam de eiusdem autoritate signatas. Nec non

non fabricantes falso litteras Apostolicas falsoque signantes. Eiusmodi vero litteris utentes excommunicationem non tamen Papæ reservatam incurrunt.

*Putas illas solum quæ in Curia Rom. & Cancellaria Apostolica per Papam eiusque Officiales nomine Papæ expediuntur, non autem litteras Episcoporum, Nuntiorum, Legatorum, siue sint Bullæ quæ Amplo stylo scrip. & plumbeo sigillo signantur, siue Breuia Humiliori stylo exarata, rubeaque cerâ sub piscatoris annulo munitur. Item supplicationes tam iustitiæ quam gratiæ, quibus aliquid à Papa vel ex iustitia vel gratia petitur.*

VII. Transmittentes seu deferentes equos, arma, metalla, canabem, funes, & id genus compluria bellico vsui Instrumenta, v. g. ad instruendum exercitum terrâ vel mari classem idonea, ad



Turcas aliosque Christiani nominis hostes (v. g. Iudæos, Saracenos, Paganos aliosque, qui non adhærent Mahometicæ sectæ.) aut Hæreticos à Pontifice nominatim declaratos, gerentes bellum cum Christiano Principe. Item annuntiantes per se vel alios præfatis hostibus, quæ in damnum Christianorum vergere solent, atque illis auxilium, consilium, fauorem in eorundem perniciem præstant.

*Excipe qui talia donant, vendunt ob gratitudinem aut benevolentiam.*

*Item Christianos qui tempore belli sub periculo vitæ compelluntur contra Christianos remiges trahere.*

VIII. Impedientes victualia, & alia necessaria Romam conuehi, aut qui impedientes per se vel alios defendunt.

*Excipe Principes, qui iusta de causa pro-*

*prohibent com meatum, v g vt sua  
ditionis necessitati magis prospici-  
ant.*

IX. Interficientes mutilantes,  
spoliantes capientes, detinentes  
per se vel alios ad Sedem Aposto-  
licam accedentes, vel recedentes,  
aut qui sine iurisdictione ordina-  
ria, vel delegata Pontificis, (eam  
tamen sibi temerè vendicant) a-  
pud eandem commorantes dictis  
iniuriis afficiunt.

*Nomine Curiae non venit Vrbs Roma,  
aut Civilis Curia, sed Sedes Apo-  
stolica. Et necesse omninò est, vt  
personae hic in protectionem rece-  
ptae ad dictam sedem accedant, aut  
ab illa recedant &c. respectu ne-  
gotiorum quae inibi geruntur.*

X. Interficientes, Mutilantes,  
vulnerantes, detinentes, capien-  
tes, depredantes Romipetas, seu  
Peregrinos ad Urbem deuotionis  
seu Peregrinationis ergò accedē-

tes in eâdem morantes, aut recedentes, atquè in his consilium, auxilium, fauorem præstantes.

*Si Romipeta sub specie peregrini ad studia aut Ciuem Romanum inuisendum, Urbem Romam peteret, & intra vel extra Urbem delinqueret, posset & à Iudice & ab aliis secluso excommunicationis periculo capi, puniri, &c.*

XI. Hostiliter insequentes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisq; Apostolicæ, Legatos, Nuntios, & à suis Diocesibus, Territoriis seu Dominiis eiiciunt, aut mandant, ratum habent, auxiliū, fauorem præstant.

*Si vis sit iniusta, nec morale hinc intellige insecutionem. v. g. per calumnias, conuitia, falsa testimonia factam, sed physicam, id est, cum*  
quis

*quis motu corporali ad molestandum, capiendum, insequitur.*

XII. Qui ad Curiam Romanam in suis causis Recurrentes, Prosequentes, Procurantes, earumque Auditores, Aduocatos, Agentes &c. occasione harum causarum occidunt seu quomodolibet percutiunt, bonis spoliant, per se vel alios, directè vel indirectè in eisdem auxilium, consilium, fauorem præbent, cuiuscunque sint præminentiae & dignitatis.

*Si fiat ratione & intuitu causarum aut negotiorum ad Curiam Romanam pertinentium.*

XIII. Excommunicantur cum Ecclesiastici, tum sæculares cuiuscunque dignitatis appellantes vel prætendentes friuolam exemptionem à grauamine vel futura executione litterarum Apostolicarum ad laicam potestatem:

Impedientes nè super huiusmodi executione litterarum instrumenta conficiantur, aut confecta parti, cuius interest tradantur, aut partes litigantes, Agentes, Notarios, Executores litterarum capientes, percutientes, vulnerantes, detinentes, spoliantes, perterrefacientes per se vel alios.

*Ad excommunicationem etiam sufficit impedimentum indirectè datum, v g prohibendo illum, cui executio demandata fuit, nè civitatem aut locum in quo deponenda est, adire possit.*

XIV. Auocantes causas spirituales à Rom. Curia, aut illarum cursum impedientes, ac se Iudices interponentes etiam sub prætectu violentiæ arcendæ, aut partes attrices ad reuocandas citationes, aut consensum eliciendum compellentes, vt alii, contra quos huiusmodi inhibitiones emanârunt, à cen-

à censuris aliisque pœnis absol-  
uantur

*Qui tanquàm auctoritate propria iu-  
dices causas spirituales, v.g. ad cul-  
tum diuinum, absolutionem à cen-  
suris, administrationem Sacramē-  
torum, decimas, beneficia, ius pa-  
tronatus, (secus est de merè tem-  
poralibus) à Iudicibus, à Sede A-  
postolica designatis auocant. An  
verò in Hispania & Gallia regnis  
obligent. Nau. & Suar. hinc con-  
trauertunt. Sayr Thesauri l. 3 de  
Censuris cap. 13 arguit illos nimii  
affectus erga nationem & propen-  
sionis ad gratificandum Regibus.*

XV. Iudices sęculares qui præ-  
ter iuris dispositionem personas  
Ecclesiasticas ad suum tribunal  
trahi faciunt directè vel indirectè,  
quouis quęsito colore, deinde sta-  
tuta contra libertatem Ecclesiasti-  
cam facientes, ordinantes, publi-  
cantes, vel ordinatis vtentes, etiã

prætextu cuiusuis consuetudinis  
aut priuilegii, vnde Ecclesiarum  
iuribus quomodolibet præiudi-  
catur.

*Tripliciter conueniri potest Ecclesia-  
sticus apud seculare tribunal 1. in  
causa feudi, si. v. g. Clericus feudū  
seculare possidet, iuxta Cap. Ex  
transmissi. de foro competenti lib.  
2. decret. Tit. 2. [Z.] In causa Re-  
conventionis: si Clericus actor lai-  
cum conuenit apud iudicem secu-  
larem, tunc per reum apud eundē  
potest conueniri, non tamen ad mul-  
tā pecuniariam aut restitutio-  
nem realiter faciendā condemnari  
Clericus à iudice seculari potest.  
iuxta Cap. Nullus cit. tit 3. In causa  
Clerici in minoribus constituti, si  
nimirum careat priuilegio fori. de  
quo Vide Conc. Trid sess 23. c. 6. de  
reform. eum adiecta Ill. Cardina-  
lium declaratione, & infra Cap 3.  
Fellii. Tom. 1, tr. 16. Cap. 11. n. 314.*

XVI. Impedientes Prælatos, velut Ordinarios iudices Ecclesiasticos, quò minus sua iurisdictione spirituali canonicè utantur, iuxta Canonum & Conciliorum, præsertim Tridentini [A] sanctiones, quique Ordinariorum iudicum aut delegatorum sententias eludunt, ad Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata contraria decerni & executioni dari procurant, & qui hæc decernunt, exequuntur, dant auxilium, consilium, fauorem in eisdem.

*Impedimentum fieri quit per verba, facta, vim, metum grauem, directè vel indirectè, per se vel alios. v g in consanguineis, affinibus, familiaribus, ne via detur iurisdictione exercendi, tam in principes, Magistratus, laicos, sæculares, quàm contra Clericos, respectu causarum ad foris Ecclesiasticum pertinentium.*



tium. v.g. in causa Sacramento-  
rum, beneficiorum, decimarum,  
&c. Vide Cap. Quoniam in 6. lib.  
3. tit. 23. A Sess. 5. de Reform. &  
Alibi nefas sit, inquit Seculari  
Magistratui prohibere Ecclesiasti-  
co Iudici, ne quem excommunicet,  
aut mandare, ut latam excommu-  
nicationem reuocet, apud Scott.  
Theor. 425.

XVII. Usurpantes iurisdictionem seu fructus, redditus & proventus Ecclesiasticos ad Sedem Apostolicam, vel quascunque Ecclesiasticas personas. ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, aut aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, aut eiusmodi proventus sine speciali licentia Pape, seu aliorum ad id legitimam facultatem habentium sequestrantes.

scilicet quatenus sunt redditus Ecclesiastici auctoritative & potestate

state usurpata, ubi solent Domini bona Ecclesie usurpare & sequestrare, ideoq; fures & milites qui hæc furantur nõ incidunt in hunc Canonem, ut benè Scortia ex Nau. & aliis Epit. 29. docet & infra theor. 147. Vide Concil. Trid. Sess. 22. cap. ult. Usurpare dicuntur, qui sine iusto titulo aliquid sibi appropriant, vel de illo disponunt, iuxta Cap. pœnale 4 q 5. Sequestrare qui impediunt aut separatim reponunt nè eiusmodi fructus ad Ecclesiasticas personas perueniant

XVIII. Imponentes decimas & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum bonis ac proventibus sine expressa licentia Papæ impositas. Item exigentes vel spontè oblatas recipientes. Nec non qui per se vel per alios directè vel indirectè talia facere, exequi procurant, aut  
in

in eisdem consilium, auxilium, fauorem præstant. Tributa intellige aut exactiones tales quæ vel à bonis, vel personis Ecclesiasticis, nõ de iis quæ temporaliter seu vti ciuiles possident ( vtpotè de Corpore Reip. ciuilis seiunctæ. ) has autem exemptiones credibilius est personas Ecclesiasticas iure humano obtinuisse apud *Sayr. t. 2 de Censuris. l. 3. c. 22. num. 8*. In clausula huius classis innouantur Canones Con. Lateranens. sub Alexandro 3. c. 4 & 9 & sub Leone X. sess. 9. de Immunitate personarum Ecclesiasticarum Vide Cap. Non minus de immunitate Ecclesiarum & ca. Aduersus. quæ per hanc Constitutionem pristinum vigorem assequuntur. *Scot. Epit. 29. §. 4.*

XIX. Iudices & magistratus seculares, notarii, executores, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas sine spe-

speciali & expressa Sedis Aposto-  
licae licentia.

*Iuridicè & autoritatiuè: Causa ca-  
pitales sunt quibus rei afficiuntur  
vel supremo supplicio aut liberta-  
te & iure ciuitatis priuantur. v.  
g. cum deportantur vel ad metal-  
la, triremes dānantur. Excipe ta-  
men duos casus. 1. Quando & ex  
quacunq; causa Clericus privilegi-  
um fori perdidit. 2. Quando Cle-  
ricus in flagranti delicto depre-  
henditur, potest tunc à ministris  
iustitiæ secularis capi, non tamen  
super causā cognosci, sed detineri  
nè euadat & iudici Ecclesiastico  
sistatur pro quantitate delicti pu-  
niendus.*

**XX.** Inuadentes demum, de-  
struentes, occupantes, detinentes  
per se vel alios directè vel indire-  
ctè sub quocunq; titulo vel colore  
in totum vel partem bona, aut ter-  
ras, iura, ad Sedem Apostolicam  
per-

pertinentia, seu mediatè seu immediatè subiecta. Item iurisdictionem in terris Rom. Ecclesiæ competentem de facto vsurpantes, perturbantes, retinentes, aut vexantes, auxilium, consilium, fauorem in eisdem præstantes.

*Si hæc faciant iniuste, præsumptuose aut sine bona fide, probabili titulo: atq; ea loca tantum intelliguntur in quibus Sedes Apostolica Iudicat per suos Officiales, quæq; in feudum data.*

*In fine fertur excommunicatio in eos qui scienter & dolose sine facultate à casibus Bullæ huius absolunt, quæ tamen iuxta communio-rem non reseruatur Summo Pontifici. Neque incidunt ii, qui absq; præsumptione Mortali, sed ex Ignorantiâ, inaduertiâ aut causâ probabili absolunt. Sa. de excom. Bullæ. n. 16.*

Caput

Caput III.

De Casibus in Jure  
Sum: Pontifici reserva-  
tis, & praxi frequen-  
tius occurrenti-  
bus.

Synopsis.

- I. Censura ob iniectioem manuum  
in Ecclesiasticos.
- II. Exceptio à Censura propter per-  
sonas.
- III. Propter percussioem.
- IV. Propter autoritatem.
- V. Propter Iudices.
- VI. Propter necessariam defensionem.
- VII. Propter torturam aut verbera-  
tionem.

Crimen

- VIII. Crimen Incendiarii.  
 IX. Sacrilegium effractionis Ecclesiarum.  
 X. Violatio Procuratorum Censura.  
 XI. Neglectus satisfactionis impositionis.  
 XII. Impositio tributorum.  
 XIII. Celebratio diuini officii tempore Interdicti.  
 XIV. Exenteratio mortuorum.  
 XV. Simonia in Ordine vel beneficio.  
 XVI. Sepultura Ecclesiastica heretici.
- I. Incidunt in casum iuris cum excommunicatione reseruata ab Innocentio II. qui [ A ] suadente Diabolo [ B ] violentas [ C ] manus in Clericum [ D ] vel Monachum [ E ] iniiciunt, quos nullus Episcoporum absolvere ( nisi mortis urgente periculo aut singulari Papæ priuilegio ) poterit, donec Apostolico præsententur conspectui. Præterea qui talem manuum iniectionem mandant, aut pre-

precibus, promissis eliciunt, si effectus sequatur, aut nomine suo factam postea ratam habent, aut consentiunt iniicientibus, aut non impediunt dum possint ac debent, denique consulentes violentiam, inferentibus auxilium, fauorem praestantes, praecipientes.

*In Cap. Si quis suadente Diabolo. 17.*

q. 9.

[A] *Intellige omnes censurae capaces, vsuq; rationis praeditos, (excepto Papa) femellas, mares, puberes, impuberes, inferiores, superiores, Religiosos utriusq; sexus laicos, Clericos, Cardinales, Episcopos &c. [B] grauem iniuriam, adeoq; tam respectu consensu interni, quam effectus externi iniuriosam violentiam, vel in corporis, vel honoris laesione: utrumque enim coniunctim sumendum, ut si desit vel animus lethaliter laedendi,*



ledēdi, nihilominus sequatur quasi  
præter intentionem in corpore gra-  
uior lesio, vel adsit quidem letha-  
lis verberandi consensus, & exte-  
rior percussio sequatur leuis, non  
erit locus Censuræ [ C ] quamli-  
bet iniuriosam, seu contumeliosam  
actionem exteriorem, ac corpora-  
lem circa personam resq̄ eidem ad-  
herentes. Proindē excommunican-  
tur omnes qui iniuriosē Clericis, a-  
liquam violentiam inferunt ver-  
berando, pulsando, detinendo, aut  
trahendo, vulnerando, occidendo,  
mutilando, siue manu, pede, aliāq̄  
corporis parte, siue immediatē cor-  
pus Clerici attingatur, siue tantum  
mediatē per instrumentum, v. g.  
baculum, lapidem, sagittam, spu-  
tum aut puluerem in faciem pro-  
iiciendo, frænum equitantis deti-  
nendo, cingulum ephippii inciden-  
do, librum, pecuniam e manibus e-  
ripiendo, terrendo equum, ut ef-  
franis:

frænis excutiat, labascat, aut periclitetur &c. Debet verò vis aliqua actu iniuriosè mediatè vel immediatè corpori inferri, aut ratione rei corpori coniuncta. Hinc illi quantumvis iniuriosis verbis aut contumeliis Clericis afficiant vim minuentur aut conentur eam inferre, nisi de facto inferant, non incurrunt Canonis censuram v.g. si quis proiiceret lapidem vel sagittam in Clericum, & errasset aut non laisset in corpore, aut furdolosè (non apertam vim inferendo) crumenas subduceret Clerico dormienti.

II. Excipe à Canonis censura Clericos beneficio Canonis privatos. [A] v.g. realiter degradatos, bigamos, coniugatos (nisi alicui Ecclesiæ deseruiant ex deputatione Episcopi aut habitum gestent) propter incorrigibilitatem depositos, dummodò digna de-  
posi-

depositione crimina præcesserint, & in ipsa incorrigibilitate excommunicati, & sententia declaratoria ab Ecclesia fuerint damnati, aut post trinam sui Prælati monitionem incorrigibiles reperti. Præterea qui abiectis habitu & tonsura Clericali turpibus & enormibus actionibus se immiscent, v. g. arreptis armis seditionem mouent, aliaque delicta contra Reip. pacem cum sauitia & grauibus iniuriis exercent, aut per annum integrum munera Bufonis id est ludionis, Mimi, Parasiti, Ioculatoris obeunt, aut secundum quosdam, Clericos qui in hæresim formalem & manifestam sunt lapsi. Præterea qui abiecto Clericali Habitu negotiis sæcularibus se immiscent: v. g. qui deserre nolunt Procuraciones seu administrationes Personarum sæcularium post trinam inhibitionē à suo

suo

fuo Diocelano aut Prælato factâ,  
indignum enim esse, ait *Sayr. Thes.*  
*lib. 3. Cap. 27 n. 9.* vt eis Ecclesia sub-  
ueniat, per quos cõstat in Ecclesiâ  
scandalũ generari, aut publicè la-  
nionẽ vel cauponẽ agentes & ter-  
moniti à suo Prælato non desistũt,  
aut idem officium resumũt post-  
quam emandati fuere. Hi omnes  
censentur exfortes illius immu-  
nitatis, quæ pro Clericorum tu-  
tela contra violentas manus lai-  
corum, à Canonibus est instituta.  
Aliud tamen est priuari Priuile-  
gio fori seu Clericali & aliud Ca-  
nonis vt, qui hoc priuatur non ta-  
men sit priuatus priuilegio Cleri-  
cali; at qui priuatur Priuilegio fo-  
ri, statim quoque incapax effici-  
tur Priuilegio Canonis, v g biga-  
mus, de quo vide *Conin: d. 14.*  
*dub. 15.*

III. Excipe eos qui percutien-  
do non peccant lethaliter, sic  
pul-

pulsantes inter ludendum sine vl-  
la iniuria verberibus Clericum,  
aut ex subita cholera antequam  
suffICIENTER aduertant, quid faci-  
ant. Præterea Clerici Nouitii, pue-  
ri rixâtes & mutuò percutientes,  
ad sanguinis etiam effusionem  
possunt ab excommunicatione  
purgari, & castigatione non abso-  
lutione indigent: deinde nescien-  
tes quem percutiunt Clericum es-  
se. v.g. quod noctu sine habitu cle-  
ricali in rixam incognitus descen-  
derit *Ex. Cap 2 Contingit Cap. In au-  
dientia Cap Perpendimus. & Cap Cum  
non ab homine de sententia excommu-  
nicationis. & Cap Vnicum in 6 de vi-  
ta & hon. Cler & Cap vnicum de Cle-  
ricis coniugatis*

**I V.** Excipe Præceptores, pa-  
rentes dominos aut aliò qui pro-  
pinquos, Seniores, Clericos, Offi-  
ciales, qui licitè & moderatè cor-  
rectionis causâ, ex zelo deuotio-  
nis

nis v. g. Nouitios, Clericos in minoribus constitutos, diuinum officium perturbantes leuiter percutiunt.

V. Iudices, ministros iustitiæ secularis capientes Clericum in flagranti delicto comprehensum, aut de quo est iusta præsumptio, quod commissurus sit crimen, vt præsentetur tempestinè suo Superiori, cauere tamen debent sedulò, nè Clerico maiorem vim quàm delicti ratio postulet, inferant, aut indignius tractent, nec diutius potest detineri Clericus, postquàm fideiussorem præstitit de comparando apud suum Prælatum, nisi enormitas criminis id nõ permit-  
 tat. Cap. Vniuersitatis & Cap-  
 cum voluntate, in quo iubetur  
 Prælatus Religiosus suos subditos  
 per se verberare, si possit, aut si ne-  
 queat per Clericũ aut Monachum  
 conuersum, nullatenus per laicum

D

(nisi

(nisi fortè in graui necessitate)  
 Quare si pro verberatione Abbas  
 substitueret laicum, & ille & ver-  
 berans excommunicaretur. Potest  
 tamen Prælatus brachium sæcu-  
 lare, aut famulos laicos in neces-  
 sitate ad capiendum Religiosum  
 adhibere, *vti habetur in Statutis S.*  
*Ord: Prem: dist: 3. c. 9. & Cap. vt.*  
*fama. 35. & Cap. si Clericos. 15. in 6.*  
*de sententia excommunicationis. De-*  
*decet verò Episcopum per se virgis casti-*  
*gare Clericos. Ex C. Non licet Episcopo.*  
*dist. 89. Quid hac in re Abbati fa-*  
 ciendum videantur nostra Statu-  
 ta.

VI. Excipe, qui ob sui suorumq;  
 aut Innocentis necessariam defen-  
 sionem, vel prouocatus sine mag-  
 na infamiæ nota v. g. Nobilis  
 nequeat euadere, seruato inculpa-  
 tæ tutelæ moderamine [A] Cleri-  
 cum percutit, aut qui cum vxore,  
 sponsâ de præsentî, Matre, Filia,  
 Sorore

Sorore turpiter agentem, id est amplexantem aliosque actus impudicos exercentem, vel solum cum solâ tempore & loco merito suspectis, repertum (etiam si percutiendo peccet) verberibus grauius pulsatur, secus esset si reperiret amplexantem v. g. aut turpiter tractantem personas non ita sanguine proximo coniunctas, affinē aut Vxoris sororem, seu in gradu ascendente seu descendente. [B]

[A] Cap. si vero 3. de sentent. Excom: less. lib. 2. Cap. 9. dub. 8. n. 43. cum ea moderatione sine qua iniuria non potest arceri, quia nemini licet in defensione vi maiori uti, quam sit necesse ad iniuriam depellendam. Sic Mulier verbis duntaxat non factis à Clerico ad impudicitiam in vitata non potest statim pugnare, nisi nimium esset molestus & verba nihil proficerent, sed verbis uti Auila. P. 2. d. 4.

D 2

dub.



dub. 13. Coning. To disp. & dub.  
 15. num. 19. 7. Sayr. Thesaur.  
 lib. 3. Cap. 27 n. 42. S. [B] ex con-  
 cessione iuris quod difficile putetur  
 in tali casu iusto dolori imperare,  
 & manus violentas à Clerico ab-  
 stinere: quare percussio fieri de-  
 bet in continenti, subito & qua-  
 si in flagranti delicto, quæ dolo-  
 ris vehementia in reliquis perso-  
 nis tanta tamq[ue] efficax non solet  
 à iure præsumi. v. g. cum spon-  
 sâ de futuro: Auila & Coning:  
 cit. cum Nau. Cap. 27. num.  
 84. Etiam si maritus de aduentu  
 Clerici certus domi se occultet &  
 postea turpiter cum Vxore agen-  
 tem verberet aut occidat cessante  
 dolo, si nimirum maritus curasset  
 Clericum inuitari ad huiusmodi  
 turpia. Auila cit. Imo si Clericus  
 ter monitus à Marito, vt colloquio  
 & familiaritate aliqui honestâ  
 nollet abstinere, posset illum cum

Vxore

*vxore honestè repertum ad 24.  
horas detinere ut Pralato suo siste-  
retur, cauere tamen debet ne  
verberet: Idem. Cit.*

VII. Præterea Iudices Eccle-  
siasticos qui seruato procedendi  
modo, Clericum torqueri aut ver-  
berari virgis mandant per laicum,  
etiã si adhiberi possit Clericus,  
quod nullum ius id prohibeat;  
Verberatio namque ex Cap. Uni-  
uersitatis dirigitur ad disciplinam  
Regularem, cum tortura non ad  
punitionem sed ad confessionem  
criminis dirigatur. Licet aliqui  
asserant torturam æquè ac verbe-  
rationem, si Clerici copia adsit, à  
Clerico esse perficiendam, nihi-  
lominus videtur consuetudo iuri  
præualuisse, si quod est, & quidem  
meritò, quod tortura præsertim  
acerbior nec commodè nec hone-  
stè à Clerico possit exerceri. Benè  
notanda doctrina Cap. contingit

36. desentent. Excom: lib. 5. tit.  
39. quæ excommunicari etiam il-  
lum habet, qui volentem Cleri-  
cum v. g. ob præcedentem iniu-  
riam percutit, quia ad Canonis  
censuram incurrendam non oportet  
actionem illam semper respec-  
tu illius, cui infertur, sed sufficit  
esse iniuriosam clericali ordini.  
Et Clericus tali verberationi se  
subiiciens ibidem dicitur excom-  
municandus, adeoq; de facto non  
est excommunicatus, & praxis  
testatur pro excommunicatis ha-  
beri, qui contumeliosos, rixosos  
& à caluminiando etiam monitos  
desistere nolentes percutiunt,  
modo fiat percussio ad vindi-  
candam vel iniuriam vel per mo-  
dum punitionis: sic Religiosus  
ad castigandum corpus se flagel-  
lis cædendum aliis offerens aut  
per se, moderatè id est, cum  
Zelo,

Zelo discretionis, sine hominī  
aut statui actione iniuriosa cæ-  
ditur. Quod si Clericus vel Reli-  
giosus se ipsum occideret extra  
necessitatem, aut aliam violen-  
tiam inferret, ex qua vel pericu-  
lum vitæ, grauis morbus alia-  
que graua incommoda seque-  
rentur excommunicationem Ca-  
nonis incurreret sicut & ille,  
qui consentientem tam dirè fla-  
gris concideret, quia verè vio-  
lentiâ & iniuria naturam & Cle-  
ricalem ordinem afficeret, & po-  
tissimum si accederet libido vin-  
dictæ.

VIII. Incendiarii, si tanquam  
excommunicati fuerint denun-  
tiati. Cap. Tuâ nos. de sent. Ex-  
com: Intellige, non tantum eos  
qui sæpius incendia consueuerunt  
excitare, tanquam ex vitioso habi-  
tu, sed etiam qui vna vice scienter

D 4

& vo-

& voluntarie v. g. ex odio, vindicta incendit domū, segetes &c. non autem qui ex negligentia etiam notabiliter culpabili. *Iuxta Cap. pessimam siquidem 23. q. 98.* valdè probabile est incendiarium Ecclesiæ ipso iure excommunicatione feriri, quod sit verus spoliator & effractor, iuxta Cap. conquesti. de sent. excom. Etli *Nau. c. 27. n. 94.* asserat nullum Canonem ipso facto de incendiario Ecclesiarum censuram exprimere, cui suffragatur *Fill. t. 1. tr. 15. c. 11. n. 53.* Cæterum incendiarius ab Ordinario excommunicatus & denunciatus, seu nominatim seu generatim (id est expresso nomine indigitatus, sed modo autor huius incendii nominetur) quantumvis occultus sit (si nimirum præ odio ignem apposuerit, vel auxilium scienter contulerit) à nullo alio quam à Papa aut eiusdem delegato absolui

absolui potest, de quolibet incendio siue Ecclesiæ siue Villæ, segetum &c. à viro, aut foemina excitato.

IX. Sacrilegi, effringentes Ecclesias.

Cap. Conquesti 22. cit. lib. & tit. de sententia Excommu: Et videtur hæc lata sententia & post ordinarii denuntiationem Papæ reseruata si utraq; nimirum actio fiat, id est, effractio & spoliatio Ecclesiæ, & materia ablata constituat quantitatem notabilem in Sacrilegio, sic qualibet rapina, furtum graue sub spoliatione comprehenditur: per effractionem qualibet violenta apertio Ecclesiæ, siue confractis seris, muris, siue tecto fiat. Inde qui frangit arcam, in qua res Ecclesiæ reconduntur, aut calicem, vestes sacras discindit ad furtum occultandam, non incidit, quod arca nec sit Ecclesia, nec

D 5

eiusdem

eiusdem pars. Secus de illo, qui Sacristia seras templo contigua, tectū, murū, ianuā effringit, tametsi fores Ecclesie exteriores, aliaq; partes maneāt integra, aut, qui seram clauis furtim ablatā adulterā, aut vi ab edituo extortā, modo abstineat à violētā effractione, aperit. Ecclesie nomine subaudiuntur templa publicè dicata, & consecrata ab Episcopo, Monasteria, hospitalia aliaq; id genus loca pia autoritate eiusdem benedicta, propter religiositatem, iuxta Cap. ad hęc. de Religiosis domibus, qualia non reputantur priuata Oratoria in aedibus, ex cit. Cap. Conquesti. Fill cit.

X. Dantes licentiam Inferendi iniuriam, vel grauamen personis ipsis, aut bonis eorum, aut suorum, quæ sententiam censurę procurarunt, tulerunt, aut obseruantibus, seu accommodantibus sententię nolunt communicare.

Cap.

Cap. Fundamenta, de electione in 6.  
lib. 1. tit. 6.

Ne libertas Ecclesiastica in ferendis  
Censuris lædatur, etiamsi Reges,  
Principes darent licentiam vexan-  
di, capiendi &c. Præterea com-  
mittentes tale facinus propria au-  
toritate, nisi grauamen, aut licen-  
tia, re adhuc integrâ reuocetur,  
aut ad bonorum damnum intra  
8. dies compensetur, alioqui in-  
currunt excommunicationem tam  
dantes quàm utentes licentia  
vexandi in bonis suis, vel suo-  
rum Papæ reseruatam. Sin vero  
grauamen ipsis personis eiusmodi  
sententias ferentibus infligatur,  
statim sine mora incurritur ex-  
communicatio.

XI Qui sub conditione ab-  
soluti ab excommunicatione Pa-  
pæ, eam non implent.

Cap. Eos qui desent, excom. in. 6.  
lib. 5. tit. 11.

Absoluti.



*Absoluti v. g. in periculo vite à iudice veluti extraordinario cum conditione comparendi apud Papā delegatum, Episcopum, Prælatum (valet enim de omni excommunicatione lata, seu iuris seu hominis) & non se sistit aut satisfacit ad præfixum tempus, nisi fortè legitime impediatur, ex vi huius iuris non quidem novam, sed quæ alteri succedat censuram incidit eidem iudici reservatam, ad quem à priori censura absolutio spectabat.*

XII Imperatores, Reges, Rectores, Consules, Magistratus sæculares civitatum, imponentes personis Ecclesiasticis vel Ecclesiis exactiones seu tributa, aut evacuantes iurisdictionem Prælatorum Ecclesiasticorum [A] quam habent in suos subditos, si moniti vel semel non desistant. Nec non horum successores, nisi intra mensem

sem

fem suorum prædecessorum excessum purgauerint & fecerint satis Item & ipsi dantes talia tributa [B] absq; licentia Sedis Apostolicæ.

Cap. Non minus. de Immu. Eccles. lib. 3. decret. tit. 49. [A] Exeipe cum Nau. c. 27. n. 115. tributa omnino realia quæ Clerici dare debent propter sua bona, aut realia Extraordinaria, quæ immediatè spectant ad eorum bona, v. g. ad reficiendum pontem, sternendas vias. Non autem onera merè personalia & mixta quæ imponuntur personis & bonis Ecclesiasticis, Bona siquidem donata, legata vel empta à Monasteriis, Ecclesiis, Clericis, si habent perpetuum & inuariabile onus adnexū, transeunt cum onere ad Monasterium. Permittitur tamen citra exactionem potestatis secularis consentiente Episcopo & Clero eiusmodi tributa soluere ad

COM.

communes patrie utilitates, & necessitates releuandas, ubi laicorum bona non sufficiunt. [B] reuocatur in Clementina. 1. de immun. Eccles. priori contra exigentes in perpetuum valiturâ. Et Cap. Vnico. Extrauag. Communium de Immunitate statuitur, neq; voluntaria ista tributa soluenda esse, nisi consulto Papâ. Similiter excommunicantur omnes seculares domini prohibentes in odium Clericorum ne subditi Ecclesiasticis quæcunq; vendant, aut ab eis emanant, aliaq; officia exhibeant, à molendino v. g. excludant. iuxta Cap. Finale. de Immunitate in 6. lib. 3. tit. 23.

XIII. Domini temporales [A] qui terris suis interdicto suppositis cogunt aliquem [B] divina [C] officia peragere, siue coactio fiat in ipsis Clericis, vel eorum consanguineis, aut coniunctis. Aut voce præconis,

præconis, sonitu campanæ conuocantes populum ad audienda diuina officia in tali loco, & hoc præsertim D. si aliquos sententia excommunicationis vel interdicti ligatos euocarint. Prohibentes nè publicè excommunicati, vel Interdicti ab Ecclesia eiiciantur, quàm diù Missarum solemnità peraguntur à Celebrantibus moniti [E] vt exeant. Excommunicatos publicè [F] & Interdictos, qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus, vt egrediantur moniti remanere præsumpserint, quorum omnium absolutio sedi Apostolicæ reseruatur *Clement. 2. de sentent. Excommu. lib. 5. tit. X.*

[A] etiam Prælati Ecclesiastici, dum modo id mandent tanquam domini temporales. [B] precibus, promissionibus induunt, aut aliquo modo vexant in se, aut suis, per se, vel alios, directè

directè vel indirectè v. g. in bonis,  
 in famulatio, modo sit vera coactio  
 & inductio. Secus foret si se Sacer-  
 dos spontè paratum ad celebratio-  
 nem offert. [C] controuertunt au-  
 rores apud Sayr. cit. c. 39. n. 43.  
 An per diuina officia solum Mis-  
 sarum solemnia intelligantur, an  
 etiam alia, quæ ab Ecclesia cele-  
 brantur officia v. g. horarum Ca-  
 nonicarum, supplicationes, con-  
 ciones &c. Crediderim ego cum  
 Fill. & aliis cit. c. 4. n. 74. so-  
 lum hic sermonem esse de Missa,  
 nonde aliis officiis [D] Ecclesias in  
 locis interdictis & pariter inter-  
 dictas, non priuata Oratoria. [E]  
 licet etiam præcipiant non inter-  
 dictis, vt in loco interdicto sacrum  
 faciant, audiant. [F] nomina-  
 tim denunciatos, notorios percus-  
 sores Clericorum, qui soli hodie  
 censentur publicè excommuni-  
 cati, vitandi.

Quando

Quando & quomodo Exemptorum  
Regularium Ecclesie per se aut  
consequenter interdicto supponan-  
tur illudq; seruare debeant Reli-  
giosi lege apud Rodericum. tr. 2.  
qq. Reg. q. 108. & q. 112. Aui-  
lamp 6. de effectu cessationis d. 1.  
Iacobum Bidermanum th. si. c.  
25. de censuris, similiter de Ex-  
communicatione & prohibito  
Ingressu Ecclesie sepelientium  
in loco sacro Interdicto in casibus  
non permisis, aut interdictos no-  
minatim vel excommunicatos pu-  
blicos peccatores v. g. usurarios,  
concupinarios, in duello mortuos  
( citra necessariam defensionem )  
vel manifestâ inobedientiâ Nau-  
cit. n. 137. ex Clement. 1. de se-  
pulturis, à qua nemo absolui potest,  
nisi satisfactione præstitâ, non ta-  
men est excommunicatio Papæ re-  
seruata Coning: cit. dub. 4. Interdi-  
ctum est censura Ecclesiastica quâ  
diuina

diuina officia, administratio aliquorum Sacramentorum, & Ecclesiastica sepultura, prohibentur, quatenus illa rerum spiritualium quandam participationem habent, v. g. decantatio Horarum Canonicarum, Collectarum, benedictiones aquae piacularis, salis, Abbatibus, Virginis, sponsorum, Baptismatis fontis aspersio solemnis, omniumque ordinum cum solemnitate exercitium. Et triplex est unum locale, per quod locus interdicitur, ne in eo diuina officia v. g. celebratio, aut auditio sacri peragantur: Alterum Personale, sic dictum quod ipsas personas afficiat interdicens participationem talium officiorum in quocunque loco. Tertium Mixtum ut quando Populus cum ciuitate interdicitur: Ea propter locale interdictum non includit Personale: & contra v. g. si aliqua ciuitas interdiceretur, & non

& non incola, licite possent, iis  
 exceptis qui, vel causam, aut  
 auxilium, favorem, consilium ad  
 Interdictum dederunt, in Monasterio  
 Vicino facere & audire sacrum:  
 & contra quando soli Civiles interdi-  
 cuntur, possunt, vel Religiosi, vel Cle-  
 rici exteri divinis officiis vacare;  
 ex dispositione iuris Canonici possunt  
 Clerici in Monasteriis, & Ecclesiis  
 durante Interdicto solum Gene-  
 rali; si omnes Ecclesie in aliquo  
 comitatu Interdicuntur, non au-  
 tem particulari quotidie celebra-  
 re & divina officia, sicut prius,  
 persolvere. Ianuis clausis, inter-  
 dictis atq; excommunicatis exclu-  
 sis, non pulsatis campanis (etiam  
 tintinnabulum ad elevationem Ho-  
 stie tacere debet) quanquam ad  
 salutationem Angelicam mane &  
 noctu, & die Veneris, ad Memori-  
 am dominice Passionis & id genus  
 preces publicas & ab Ecclesia non  
 iniunctas.



iniunctas in aliqua ciuitate. oppidi  
 consuevas pulsus Ordinarius dari  
 queat. Præterea licet apertis ia-  
 nuis. pulsus dato ad conuocationem  
 populi elatâ voce diuina officia  
 perficere etiam præsentibus Inter-  
 dictis (Excommunicatis verò pror-  
 sus exclusis, Natalis Domini, Pen-  
 tecostes, Pascatis (ali diem unicum  
 à primis Vesperis usq. ad Completo-  
 riū inclusiuè alterius diei, alii eti-  
 am sequentes Pascatis ferias intel-  
 legi volunt) Assumptionis Glo-  
 riosa Virginis, & integrâ SS.  
 Corporis Christi octaua. Item in ge-  
 nerali, non particulari Interdicto  
 licitè & validè matrimoniū con-  
 trahitur sine sollemni benedictio-  
 ne siue ab homine, siue Iure pro-  
 lato. In particulari (scilicet ubi  
 hæc Ecclesia SS. Apostolorum Petri  
 & Pauli, siue aliquod distinctum  
 sacellum interdicitur) licitè &  
 solemniter conferri potest Baptis-  
 mus,

nus, Confirmatio: Item Pœnitentia sacramentum tam in, quam extra articulum, & propabile vite periculum, vel ut ius loquitur tam sanis quam infirmis: Exclufis iis dumtaxat, qui sunt excommunicati, aut quorum culpa dolo, vel fraude, Consilio, auxilio favore lata est sententia interdicti, nisi super delicto, quoad possunt, prius satisfecerint, vel huiusmodi cautionem præstare iurauerint, quod quum poterint, satisficient. Item Communio per modum viatici in articulo vel periculo mortis, quæ de causa salubriter statutum est, ut sacerdos in loco etiam specialiter interdicto semel in hebdomade facere possit sacrum, ut Viaticum Eucharisticum in promptu habeatur. Item cum consueto clangore tintinnabuli lumine solemnius ad agrotos deferatur.

Vide

Vide Cap. Alma Mater in 6. lib. 5.  
tit. 11. de sentent. Excommu. &  
Cap. Quoniam ibidem.

Vbi præter Baptismi & Confirma-  
tionis Collationem etiam Chrisma-  
tis confectio die Cœnæ Domini con-  
ceditur. Itē duo vel tres, aut plures  
pensum horarū possunt in Ecclesia  
particulariter interdicti solvere si-  
ne animo officianti, verum seū la-  
icus, seū Clericus, quicumq; est in-  
terdictus siue speciali, siue gene-  
rali, cuius causa vel in se vel cum  
sua communitate existit, peccat  
mortaliter si violet interdictum  
siue celebrando, siue audiendo di-  
uina officia nisi ex negligentia,  
aut leuitate materia excusetur:  
prætereà Clericus interdictus vel  
in loco interdicto suum ordinem  
exerceñs v. g. Diaconus cantans  
cum stolâ Euangelium contrahit  
irregularitatem, redditurque in-  
habilis ad actiuam, & passi-  
uam

uam uocem, ita ut non ipse ad dignitatem v. g. decanatum, Ecclesiasticam valeat eligi, nec alium eligere: Religiosus insuper excommunicationem Clementinæ Ie. incidit, quæ mandat ut seruetur, Interdictum etiam ab exemptis si videant seruari in Ecclesia Cathedrali, nisi sola aliqua in specie interdiceretur, non autem totius Episcopatus Ecclesiæ, & cum his populis.

*Ie. lib. 3. tit. VII. de sepulturis.*

XIV. Exenterantes mortuos propter conseruationem, aut frustratum seu membratim concidentes, in aquis coquentes, ut ossa carnis nudata deferant, & sepe- liant in alio loco, aut id ipsum mandantes, quorum absolutio Papæ reseruat.

*Extrauag. Comm. : Bonifacii 8.  
Detestanda, de sepulturis lib. 3.  
tit. 6,*

*Si*

Si nimirum fidelis moriatur in terris Catholicorum, sin apud infideles, aut locum penitus haeresi infectum, ubi Catholicorum exercitium exulat, ut nulla spes foret sepultura Christiana seu Catholica, etiam si postea cadauer membratim secetur &c. Non est locus censura, aut si ossa dilacerata, nudata, propter incommoditatem integri cadaueris (v. g. opportunius auerendum) pie ad fidelium terras traducuntur; sub finem textus in cadauer defuncti quoq; censura deriuatur, ut nequeat humani secundum morem Ecclesiae Catholicae effectu concisionis securo &c. Quod praesumatur moriturus huic immanitati ansam, vel consensum praebuisse, scire enim potuit suo cadaueri haec obuentura, si petiit in patriam deferendum. Enimvero credibile est quod truncatum & dilaceratum corpus non debeat priuari sepulturâ nisi

nisi per sententiam iudicis inno-  
tescat illum in peccato mortali de-  
cessisse, & ante mortem deman-  
dasse translationem (Scienter)  
corporis, iure prohibitam.

Quod si exenteratio fieret honoris er-  
gò, v g. in corpore Regis, Principis,  
Comitis, nè fateat aut propter A-  
natomiam, quin etiam propter  
Superstitionem, indignationem, o-  
dium non incurreretur Canonis  
censura, qui solum exenteratio-  
nem prohibet, nè aliò transfera-  
tur, sub specie sepulturae conse-  
quenda.

XV. Simoniaci omnes qua-  
cunque dignitate præditi quâ Ec-  
clesiasticâ, quâ politicâ: qui quo-  
modolibet dando, vel recipiendo  
simoniam [A] committunt, aut  
sunt mediatores, vt ipsa fiat in Or-  
dine, vel beneficio, Et à solo Papa  
possunt absolui Præterea per Si-  
moniam ad Ordines promoti, ab

E eo-

eorum usu suspenduntur, dein Electiones [B] labe simoniacâ infectæ declarantur irritæ, & nullum fructuum perceptorum ius acquiritur.

*Extravag. Com. Pauli. 2. Cum detestabile de Simonia lib 5 tit. 1.*

[A] *Simonia* (à Simone Mago donator Spiritus S. faciente venalia, denominata) est studiosa voluntas, emendi vel vendendi, precio temporali aliquid spirituale, vel adnexum spirituali. Sic Episcopus Simoniâ committit, cum pecuniam aut aliud pretio æstimabile pro Ordinum collatione, templi cōsecratione exigat. Præterea examinatores, si ex intuitu pretii temporalis aliquem adprobant. Notarius Ordinandorū, quando habet à publico iustum salarium. Enimvero potest (sicuti ceteri pro expensis in itinere factis.) pro charta, aliisq; ad scriptionē, sigillationē necessariis modera-

tum

tum pretiū postulare, quod nemo de suo cogatur inuitus beneficiū facere. Vide Petr. Einsfeld de Simonia, fol 89 Fill. tr. 45. de vitio Simonia. c. 3. & 4. [B] Intellige electiones, postulationes, confirmationes, & quasuis Ecclesiarū provisiones, Monasteriorū, dignitatū, personatum & officiorū, Officia Abbatis, Decāi, Prioris, Subprioris, Guardiani, & alia huiusmodi regularia, pastoralia officia seu praelationes in quibus, tam dātes, quā recipientes mediatores excommunicantur. Et deniq̄ oportet Simoniā esse realē, quæ ipsa rei traditione perficitur, & consumatur, ut non sufficiat mentalis aut cōventionalis, de quib. Laym. l. 4. tr. 10. c. 8. § 6 n 67. Similē excommunicationē Pius V. in Bulla Intollerabilis. Contra reos de crimine Simoniae cōfidentialis in beneficiis promulgauit, v. g. si beneficiū ab aliquo, ideò mihi resignetur, aut cō-



feratur, ut postea resignantis affini restituam, aut pensionem aliquam, vel ex fructibus partem dem. Vide cit. S. S. & Nau. c. 23. n. 109.

XVI. Tradentes sepulturæ Ecclesiasticæ corpora hæreticorū, credentium, receptatorum, defensorum vel eorum fautorum, nec absolui debent, nisi propriis manibus extumulent sepultos.

*l. 5. Decret. in 6. tit. 2. de Hæreticis. Cap. Quicumque Hæreticos.*

Violatur enim locus Sacer si quis excommunicatus in Ecclesia vel Camæterio scienter sepeliatur.

*Ex Cap. Consulvisti. de Consecratione Ecclesiæ lib. 3. decret. tit. 40.*

Quod tamen post Concil. Constantiensis indulgentiam, solum intelligitur de nominatim excōmunicatis, aut notoriis

toriiis percussoribus Clericorum, nisi simul essent infideles, à quorum communione non quidem propter titulum excommunicationis, sed infidelitatis esset abstinendum.

Hinc collige in Germania per Hereticorum sepulturas nec templa, nec cœmeteria pollui, nisi fortè sint denunciati aut nominatim excommunicati, notorii percussores Clericorum. Quamuis Ordinarii locorum, & Parochi laudabiliter hoc genus hominum iuxta veterum Canonum decreta, & rigorem vbiunque commodè queunt, à locis consecratis excludunt, *Tan. t. 4. di. 5. q. 10. dub. 2. n. 30.* Notorius Percussor Clerici ille censetur, adeoque vitandus qui vel Notorietate iuris vel Notorietate facti ita notus est, vt nulla tergiuersatione celari factum propter euidenciam queat, neque ali-

quo Iuris suffragio, v. g. allegatione vim vi repulisse, conditionem vel personam Clerici ignorasse, Habitum Clericali illum caruisse, excusari. Atque percussio fiat coram tot oculatis testibus, vt communitatis, vbi saltem decem sunt, maiori parti innotescat.



Caput

Caput IV.

De Casibus reservatis &  
non reservatis Summo  
Pontifici aduersus  
Religiosos.

Synopsis.

- I. Auditio legum & medicina.
- II. Temera habitus dimissio
- III. Professio sine licentia ad studia.
- IV. Neglectus Interdicti.
- V. Coactio Mulierum ad Religionem.
- VI. Matrimonium à Professo contractum.
- VII. Detentio Armorum.
- VIII. Administratio aliquorum Sa-  
cramentorum.
- IX. Munuscula pro ingressu Religionis.
- X. Exceptio propter tenues Reditus.
- XI. Exceptio Monialium.
- XII. Exceptio propter studia.
- XIII. Transitus ad aliam Religionem.

E 4

Clau-

ut

atio-  
nem  
asse,  
isse,  
t co-  
om-  
m

- XIV. Clausura.  
 XV. Revocatio Privilegiorum.  
 XVI. Prætextus Privilegiorum.  
 XVII. Explicatio constitutionis Pii V.  
 XVIII. Explicatio aliarum constitutionum.  
 XIX. Questio de clausurâ circa Ab-  
 bates.  
 XX. Opinio de prætextu Privilegio-  
 rum.  
 XXI. Decisio.

I Incidunt Casum reserva-  
 tum cum excommunicatione, nō  
 tamē reservata Religiosi de Clau-  
 stro ad audiendas leges, [A] vel  
 Physicam egressi, si intra duos  
 menses ad claustrum non reuer-  
 rantur.

Cap. Non magnoperè ne Clerici  
 vel Monachi secularibus negotiis  
 se immisceant, lib. 3. decret.  
 tit. 50.

Intellige non tantum Religiosos aut  
 Presbyteros quoscunq̄, sed alios et-  
 iam

iam Clericos in dignitate vel personatu existentes, qui de suis Monasteriis aut residentiis abeunt, & per duos menses leges, seu Ius Civile, vel Medicinam audiunt iuxta Cap. super specula ibidem & Cap. 1. statutum in 6. l. 3. tit. 14.

II. Religiosi Professi habitum suæ Religionis temerè dimittentes.

Cap. vt periculosa. li. 3. in 6. tit. 24. Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

Neque hæc excommunicatio Papæ reservatur. Excipe eos qui ad breue tempus suum exuunt aut alium assumunt vel ex rationabili causa, v. g. ad euitandum vitæ periculum (in transitu ciuitatis Hæreticorum) aut grauem iniuriam, propter lotionem in balneis, licitam ac honestam piscationem, aut aliàs sine peccato mortali dimittunt, iuxta Cap. vt periculosa cit. in 6.

E 5. Nec

Nec temerè dimisisse habitum ceteretur, qui se habitu suo exuit, ut facilius indormiat, aut quia suus, madidus est. v. g. Religiosus in alterius Ordinis Cœnobio diuersum à suo habitum induit, donec siccetur, vel ludat, etiamsi peccet contra statuta regularia, vel ut liberior peccare queat, modò statim resumat: Verùm quando mutat suæ Religionis habitum in alium ad se occultandum, (v. g. Apostata alicuius Religionis assumit alterius Religionis habitum nè agnoscat.) aut alio modo incedendum, sine rationabili causa, & cum contemptu Regulæ, atq; nullam sui habitus partem, ex qua distinctio Religionis capi poteret, retinet, secus est si talem partem retinet ex qua, ut talis Religionis Religiosus agnoscat: uti est scapulare vel Caputium &c.

III, Re-

III. Religiosi sine licentia suorum Prælatorum Claustro ad studia Iure non prohibita egressi.

*Cit. Cap. ut periculosa.*

Sermo est de iis, qui ita Claustro egrediuntur studiis operam nauaturi, ut longiusculè emanent extra Claustum, ad hoc enim requiritur Prælati licentia, *cit. Cap. Sayr. c. 33. à num. 1.* neque iste casus habet adnexam excommunicationem reseruatam.

IV. Religiosi tum exempti tum non exempti Interdictum nõ seruantes, vel cessationem à Diuinis, si illud seruetur ab Ecclesia Cathedrali, Matrice, vel Parochiali Oppidi.

*Clement. l. 5. tit. 10 de sent. excom. Cap. Ex frequentibus.*

Debet verò Interdictum esse & Generale & locale, & impositum à Papa vel eius Delegato, vel iure communi, vel ab Ordinario.



nario loci aut eiusdem Vicario ex speciali mandato, atque si seruetur etiam à Matrice Ecclesia seu Parochiali vbi Baptismus solet conferri. v. g. quando Parochus seruat, seruare etiam Sacellanus debet, quando Sacellum Parochiæ, tanquam Matri adhærescit. Imò addit *Nau. c. 27. num. 147.* Censuras & interdicta tam à Papa quam Ordinario manantia teneri Religiosos ( nisi Priuilegia aliud permittant ) mandante Episcopo in suis Ecclesiis seruare & promulgare, *vide Concil. Trid. Sess. 25. c. 12. de Regularibus.* Non est reseruata excommunicatio. *plura infra p. 2.*

V. Cogentes aliquam Virginem, viduam, aut quamcunque mulierem inuitam, præterquam in Casibus à iure [ A ] expressis ad suscipiendum habitum Religiosum vel emittendam Professionem. Quique consilium, auxili-  
um,

um, fauorem dederint, deinde im-  
pedientes prædictarum volunta-  
tem voti emittendi, vel veli acci-  
piendi, sine iusta causa:

[A] *Cap. 11. Impudicas Cap. 15. Per-  
uenit ad nos. Cap. 18. Si Custos.  
Cap. 28. caus. 7 q. 1.  
Conc. Trident. Sess. 25. c. 18. de re-  
form.*

**VI. Professi matrimonium  
contrahentes:**

*Clement. unica l. 4. tit. de Con-  
sang. & Affinitate. ubi Clemens  
5. ait*

Religiosos & Moniales ac Cle-  
ricos in Maioribus Ordinibus cõ-  
stitutos matrimonia contrahen-  
tes, excommunicationis senten-  
tiâ ipso facto subiacere; quæ itidẽ  
Papæ non reservatur. Et indubi-  
tatum est Religiosum tria vota e-  
mittentem non posse contrahere  
matrimonium, & id quod de fa-  
cto cõtraxit, prorsus esse nullum,  
atq;

arque adeò potens est impedimē-  
tum Religionis & Voti solemni-  
ter emissi, quod nedum impedit  
cōtrahendum matrimonium, sed  
defacto quoque contractum dirim-  
mit siue alter coniugum sciuerit  
Votum tale siue ignorauerit, i-  
gnorantia enim continuandi ma-  
li, & retinendi causa non esse de-  
bet *Vide Wamesium. t. 2. Consil. 33. n.*  
*15 & 8.*

VII. Tenentes arma intra  
Clastrum seu septa Monasterii si-  
ne licentia Prælati.

*Clement l. 3. tit. 10 de statu Mo-  
nachorum & Clericorum Regula-  
rium. Cap. 1. ne in agro.*

Ligat tantum Monachos Ni-  
gros non Canonicos Regulares,  
vti patet ex textu & tradita mo-  
rum doctrina, ibidem ad cauē-  
dam rixarum occasionem. Non  
tamen est reseruata excommuni-  
catio Papæ.

VIII. Res-

VIII. Religiosi non Parochi extra necessitatem aut mortis periculum sine licentia Parochi aut Superioris præsumentes eorum subditis Eucharistiam, Extremam Vnctionem ministrare [A] vel Matrimonio assistere [B] aut sine facultate absolventes ab excommunicatione Iuris vel aliis sententiis.

*Clement. I. Religiosi. l. 5. tit. 7. de privilegiis cum excommunicatione Papa reservata.*

[A] Non oportet necessitatem esse extremam, sed gravem, v. g. hominē versari in probabili vita periculo, aut in absentia Parochi, aut si nollet aut non posset Parochus; aliās incumbit propriis Pastoribus curare oves, præsertim in articulo mortis, quod idem dicendum de Baptismatis, extrema Vnctionis collatione atq; matrimonii solemnizatione, Sacerdotali nimirum bene-

bene-

benedictione aut assistentia, & Eucharistia ministracione. Siquidem horum Sacramentorum administratio adnexam habet iurisdictionem ordinariam vel delegatam Pastoris aut Ordinarii, adeoque per se competit Pastoribus, nec licite ab alio alienum officium in re gravi propria autoritate usurpatur. Intellige solum de subditis Parochorum: alia ratio est de peregrinantibus, v. g. ad Montem Bussanum, ubi Diva Virgo Illustris colitur, ibi enim adprobato quoscunque etiam subditos extra Paschale aut requisitum tempus, confitentes absolvere licet uti praxis testatur. Praeterea de fide certum est, posse sum. Pontificem Religiosis independenter liberam horum Sacramentorum administracionem concedere, imo oculari constat experientia multas Religiones hodieque non tantum respectu parochiarum

ciarum, sed absolute omnibus & singulis Christifidelibus, quocumq; anni tempore (praterquam in festo Paschatis & articulo mortis) Eucharistiam præbere eorundem fidelium & Ecclesiarum Rectorum licentiâ minimè requisitâ, sine tamen præiudicio alicuius. v. g. Rectoris, habentis in Communicantes iurisdictionem, nè sic Superiorum autoritas diminuatur, aut si communicare prohiberentur propter delictum & penam, & rigor disciplinae Ordinariorum Rectorum floccifiat, & statutis diebus suas oblationes faciant, & id genus alia, quæ iuri Parochi inseruiunt. Secus tamen foret, si fideles iniquè impedirentur ab accessu Monasterii, v. g. Marchtallensis Dominicis quatuor diebus Aduentus Domini ad lucrandas Indulgentias, quas S. D. N. Urbanus VIII. omnibus & singulis confitentibus & communi-

muni-

municantibus concessit plenarias, aut à Confessione & Communionem sepius in Anno piissime iteranda absterrerent, esset enim iniustum impedimentum, & quàm plurimum Sum Pontificum privilegium contrarium. Et in hisce loci consuetudo valet. Suaderem tamen ego tanquam longè tutius & alienos subditos & peregrinos pro Communionem Paschali ad proprios Pastores remittere, nisi constaret de consensu vel expresso vel interpretativo, quia v. g. sciens anno præterito non contradixit, qui à consuetudine locorum potissimum est desumendus.

[B] Quidam dubitant, an Religiosus faciens Sacerdotalem benedictionem, aut assistentiam præbens in sponsalibus incidat in huius Clementinae excommunicationem, quod Concil. Trident. Sess. 24. c. 1. de refor. eos qui sine Parochi licentiâ spon-  
sos.

sos matrimonio iungunt ( siue sint  
Regulares siue seculares ) aut be-  
nedicere audent, pro iure ( id est,  
uti Declaratio R. R. Cardinalium  
notat §. 16 sublatâ pœnâ excom-  
municationis, de qua in Clement.  
1. de privilegiis ) tamdiu suspen-  
sos manere, aut quamdiu ab Or-  
dinario eius Parochi, qui matri-  
monio interesse debebat, seu à qua  
benedictio suscipienda erat, absol-  
uatur.

IX. Omnes singulares perso-  
næ, quæ dant vel accipiunt aliquid  
temporale pro ingressu Religio-  
nis: Conuentus verò vel Capitu-  
lum suspensionis sententiam ipso  
facto incurrit.

L. 5. Extrauag. Communium. tit. 1. de  
Simonia. c. 1. Sanè nè in vinea.

Vtriusq; vinculi absolutio Papæ  
reseruatur.

Etiamsi res ad vsum Ecclesia-  
sticum directè vel indirectè exti-  
gatur,



gatur, scilicet per modum pacti aut  
Cōventionis, v. g. admittetur pu-  
er. Si ornatus sericus, calix, à Pa-  
rentibus dono dabitur, Mille flo-  
reni, & sic tam paciscens quàm  
dantes excommunicantur, sin ve-  
rò sit Capitulum vel Congregatio  
suspenditur, precio scilicet pacti  
oblato. Et longè probabilius est  
maiori que autoritate nititur Si-  
moniam committi, saltem de iure  
Ecclesiastico, quando certus pecu-  
niæ numerus pro sustentatione in-  
gredientis petatur, aut accipiatur  
à Monasterio opulento, cum enim  
ius sustentationis sit connexum  
ipfi statui, ideòque debitum (Mo-  
nasterium ex lege iustitiæ tenetur  
singulos alere, singulis que ius ad  
congruam sustentationem & ali-  
menta cætera que necessaria, v. g.  
Medicinas, vsum Balneorum, iu-  
xta D. Augustini Regulam & Me-  
dici consilium habent, cum singuli  
sint

sint  
loru  
libe  
ven  
iam  
cum  
Et a  
aut  
cor  
si p  
loc  
& l  
per  
per  
au  
  
nu  
fte  
qu  
pe  
tic  
ce  
m  
tu

sint pars Communitatis, quæ illorum bonorum Dominium vel liberum usum retinet) qui istud vendere præsumit, præsumitur etiam velle vendere ipsum statum. cum Canon absolute prohibeat Et aliquid exigi ab ingredientibus aut pactum fieri, pœnamque excommunicationis & suspensionis, si pastus, prandia, cœnæ, pecuniæ, localia petantur, etiam res sacræ & sacro vsui dicandę, videtur semper vitium simoniæ & auaritię sapere, aliquid pro ingressu exigere aut pacisci.

X. Excipe Monasterium tenuè exacto vel absolute in sustentationem ingredientis aliquid exigens, pecunia etenim, v. g. petita est veluti necessaria conditio, nè alii Religiosi ob huius receptionem, molestiam aut detrimentum patiantur inuictu, vestitu, aliisque necessariis, cum hoc

fa-

*subiciat*

facile possit per diuitis ingressum auerti.

*Ita Communiter Theologi de numero suscipiendorum ad Monasteria, vide Concil. Trid. sess. 25. c. 2. de reform. & S. Ord. Prem. Canonicozum statuta dist. 1. c. 15.*

**XI** Excipe Monialium Cœnobia pro receptione pecunias exigentia aut paciscentia de dote, aut commodo victu. Quamuis Concil. Trident. sub anathemate (non ipso facto aut Papæ reserua- to) prohibeat, nè ante Professio- nem, excepto victu & vestitu No- uitia (vel Nouitii) tempore pro- bationis durate quocunque præ- textu à parentibus, propinquis, tutoribus ex bonis puellæ vel No- uitii, parentum, Consanguineo- rum aliquid tribuatur, licet verò in ipsa Professione aliquid adtri- buere Monasterio, pro puellæ su- stentatione (Nouitii) pro pompa, vesti-

vestitione, conuiuio. [A] Præterea  
 Monasterium opulētum à Cano-  
 ne excipē, quando eo pacto pau-  
 perem iuuenem in studiis Acade-  
 micis alit, vt iis absolutis vel sine  
 refusione expensarum Monasteri-  
 um ingrediatur, aut si nolit profi-  
 teri, compenset. Conducit etiam  
 munusculis allicere aut beneficiis,  
 seposito tamen scandalo, nè vide-  
 atur munerum precio conuinci  
 aut inuitus trahi.

[A] *sess 25 c. 16.*

Adde Illustrissimorum Car-  
 dinalium declarationem. Per  
 Decreta Capituli Prouincialis in  
 Inclyto Cœnobio Roth Præside  
 R<sup>mo</sup>. Ioachimo S. Ordinis Præ-  
 monstratensis in Sueuica Circaria  
 pro tempore Vicario de An. 1618.  
 ad euitandā, non tam labē, quàm  
 suspiciōnē Simoniaë parentes, nil  
 quicquam pro vestitione dare  
 coguntur, sed omnia Cœnobium  
 subministrat.

XI. Re-

XI. Religiosi ex Ordine Mendicantium transeuntes sine speciali facultate Papæ ad alium Ordinem Monasticum, excepto Carthusiano: aut qui tales recipiunt.

*Cap. Viam ambitiose cupiditatis. Extravag. Com. l. 3 tit. 8. de Regularibus & transeuntibus ad Religionem.*

Ex qua patet damnari ambitiosum transitum de Religione ad aliam, & solos Mendicantes ex parte transitus constringit, ex parte autem receptionis quemcunque Ordinem Monasticum, præter Carthusiensem, vt tam receptus quam recipientes sine speciali Papæ licentia sint excommunicati, & à solo Papa absoluendi, atque oportet nominare Religiosum, qui vult transire cum Religione.

Putant aliqui apostatam ex Ordine Mendicantium ipso facto excommunicari, alii æquè probabili-

biliter negant, nisi habitum depo-  
nat. Societatis Iesu Generalis ex  
priuilegio à Gregorio XIII. con-  
cesso potest licentiam dare, vt  
iusdem socius vel eiectus, vel  
sponte recedens ad Ordinem non  
Mendicantium queat transire. Si  
quis verò è Societate apostataue-  
rit, ipso facto excommunicatur,  
nec potest absolui quàm à Sum-  
mo Pontifice, vel Generali. In  
Ordine Canonorum Præmon-  
stratensium sub excommunica-  
tione ipso facto incurrendâ pro-  
hibetur Abbatibus, nè alterius Ec-  
clesiæ Canonicum vel Conuer-  
sum, tam nostræ quàm alius Reli-  
gionis Professum recipiant quod  
idem de transeunte, sed postmo-  
dum pœnitente, & rogante, vt de-  
nuò admittatur, statuitur, nè scili-  
cet Præmonstratensis sine licentia  
Generalis aut Capituli suscipia-  
tur, etsi cum facultate ad alium

F

Ordi-

Ordinem transferit. *Vide statuta, dist. 4. c. 17.* Mendicantes & quasi principaliter & à sua origine sic nuncupati, iuxta Constitutionem Pii V. numerantur quatuor, Ordo Prædicatorum S. Dominici, S. Francisci, Eremitarum D. Augustini, & Carmelitarum, quibus ex eadem Constitutione adnumerantur Ordines Seruorum B. Mariæ, S. Francisci de Paula; S. Hieronymi, Iesuatorum atque Societas IESV. *Erasmus à Chockier. p. 1. q. 17. Roderic. t. 1. q. 2. a. 1.*

XII. Excommunicantur tam foeminæ quàm viri ( quacunque dignitate fulgentes ) Monasterium Monialium ingredientes, vel eosdem admittentes sine peculiari priuilegio Papæ aut Speciali licentia Episcopi in scripto obtentâ, quàm non nisi in casu necessitatis dari decet. Item & ipsi Episcopi

scopiaut Prælati Monasteriorum, Visitatores, Vicarii, Confessarii, si extra casum necessitatis ingrediantur. Atque pro prima vice ab ingressu Ecclesiæ interdicuntur: pro secundâ à munere Pontificali & à Diuinis suspensi manent, donec absoluantur, & demum ipso facto excommunicantur.

*Ex Constitutionibus Gregorii XIII Vbi Gratia. & Pii V. Regularium.*

XIII. In Constitutione Gregorii XIII reuocantur omnia priuilegia quibusvis fœminis concessa ingrediendi Monasteria & Monialium & Virorum, Item priuilegia viris concessa ingrediendi Monasteria Monialium, eisque strictim inhibetur nè ipso prætextu loca Regularium intrare præsumant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ &



Papæ Reſeruatæ, quæ etiam imponitur Abbatibus, Abbatiffis, Conuentibus, aliisque Superioribus & perſonis vtriuſque ſexus Monafteriorum quocunq; nomine vocentur, Item dignitatum, officiorum, beneficiorum priuationem, atque inhabilitatem ad illa & alia, ſi in Clauſtra Regularium quamcumque ſœminam deducunt aut deduci permittunt, incurrunt.

XIV. Sub iifdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibetur omnibus Eccleſiaſticis, ſæcularibus & Regularibus quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium, nè prætextu licentiæ ab Episcopis aut Superioribus obtentæ (quàm licet in neceſſitate concedere medico, fabris, chirurgo, Confeffario ad Sacramenta infirmis præbenda.) Monialium loca extra neceſſitatem intrent, imò  
hanc

hanc ipsam pœnam incurrunt  
Moniales, si eosdem admit-  
tant.

*Concil Trid Sess 25. c. 5. de Regul.*

*Roder t. 1. q. 47. d. 4. & seqq.*

XV. In Constitutione Pii V.  
abrogantur priuilegia mulieri-  
bus concessa ingrediendi viro-  
rum Monasteria, sub excommu-  
nicatione latæ sententiæ & Papæ  
reseruata. Item Regulares ad-  
mittentes priuationem Officio-  
rum in perpetuum incurrunt, cum  
suspensione à Diuinis, adeoque  
mulieribus aditus ad Claustra  
Regularium penitus sublatis pri-  
uilegiis, etiam per Imperatores,  
Reges, Principes obtentis inter-  
cluditur, tum vt Religiosorum  
quieti, tum vt puritati consulatur,  
etiam si sint Ducissæ, Marchionis-  
sæ, Comitissæ, Fundatrices. Ita  
Bullæ tenor.

XVI, Obseruandum tamen  
F 3 est.

est. In Bulla Pii V. non fieri mentionem Imperatricis, Reginarum aut earum filiarum, nec puerorum aut puellarum vsu rationis carentium, quinimò si Imperatrix aut Regina perlustraret (nisi fortè peculiaria statuta his quoque aditum denegent) Regularium Claustra licitè ancillantem comitatum assumeret. H. Ex Nicolao III. & Gregorio IX. per Monasterium non intelligi Ecclesiam, cratem, collocutorium, sed tantum domum, officinam, claustra seu habitacula interiora, in quibus tanquam in clausura Moniales & Regulares degunt. In statutis Ord. Præmonstrat. *distinct. 5. c. 12.* loca mulieribus interdita recensentur, Dormitorium, Bibliotheca, Ambitus, Capitulum, Refectorium, hortus Conuentualis (interior) aliaque loca ad que omni tempore Religiosis

giosis est liber accessus, non autem grangiae aut hospitia, quae ruri aut extra Claustrum ambitum Religiosi inhabitant. III. Pium V. viuae vocis oraculo declarasse, quod noluerit mulieribus aditum praecclusum ad Claustra cum aliis fidelibus, si in eis Missarum solemnia aliaque Diuina officia peraguntur, aut Supplicationes instituuntur, sepeliuntur Fratrum, v. g. in ambitu aut aliorum fidelium funera, aut quauis de causa tantus populi concursus fieret, vt commode ingredi aut egredi per principalem portam nequeat, dummodò cum aliis saecularibus feminae recto tramite ad portam, qua de Monasterio exitur, properent.

XVII. An poena excommunicationis huius etiam aliis praeter Abbates, Abbatissas &

Superiores, priuatis Monialibus ac Regularibus in Regularium Claustra personas vetitas admit- tentibus, imponatur, controuer- titur, sed Resp. 1. [A] probabiliter excommunicationem. in Supe- riores duntaxat non subditos fer- ri, cum tales nulla refulgeant di- gnitate, & à dicta pœna, id est pri- uatione Officiorum sint imunes & incapaces, de quibus videtur lo- qui Pontifex. Resp. 2. [B] non tantum Superioribus vtriusque sexus, sed singulis insuper Regu- laribus censuram imponi, si ad- mittant personas prohibitas ad loca Regularia ob pretextum Pri- uilegiorum inuitent, directè vel indirectè ad talem ingressum coo- perantes,

[A] *Rod. t. 1. q. 48. a 1 & 2.*

[B] *Suar. t. 5. de Censuris. d. 22.*

*f. 6. num. 14. Azor. tit. 1. l. 13.*

*q. 3. c. 8. Scott. cit. theor. 336.*

*qui*

qui consulit tanquam in re gra-  
uissima posteriorem sententiam,  
utpotè tutiorem esse amplecten-  
dam.

XVIII Sentiunt nonnulli ex-  
communicationem à Pio V. &  
Gregorio XIII. impositam etiam  
iis esse fœminis, quæ absque præ-  
textu facultatum seu indultorum  
quorumcunque viroꝝ Mona-  
stera intrant, adeò que omnem in-  
gressum absque licentia (seposita  
ignorantia, incogitantia & simpli-  
citate) post notitiam huius con-  
stitutionis sub excommunicatio-  
ne latę sententię esse interdictum.  
Ratio videtur quod magis pecca-  
re censeantur fœminæ quæ sine  
prætextu litterarum ingrediun-  
tur, quàm quæ ex præsentia licen-  
tia. Præterea nec esset perfectè  
quàm intendit Pontifex, quieti &  
puritati prospectum. Denique  
frustranea esset Cõstitutio Ponti-

F 5                    ficia,

ficia, quòd talis priuilegiorum  
prætextus rarissimè ab aliqua præ-  
tendatur.

*Apud Scortiam Theorem 235.*

XIX. Nihilominus probabi-  
lis est sententia solū loqui Pontifi-  
ces de ingressu ob prætextum  
priuilegiorum Pontificiorum pe-  
tito & obtento, ideòque non om-  
nis ingressus, ad loca Regularium  
mulieribus sub dicta excommu-  
nicatione aut peccato mortali in-  
terdicitur. Ratio est, quod non vi-  
deatur verisimile Põtifces inten-  
disse nouo iure huiusmodi fœmi-  
nis ingressum inhibere, sed tan-  
tum consulere quieti, quæ tum à  
Sanctimonialibus, tum Ducissis,  
Marchionissis, Comitissis ob præ-  
tensa priuilegia fuerat quando-  
que cum magna Religiosorū mo-  
lestia interrupta, quibus abroga-  
tis, superq; satis quieti ac puritati  
prospiciebatur.

*Sayr.*

*Sayr. l. 3. c. 3. n. 1. Swar, cit. f. 6. n. 11.  
Laym. l. 4. tr. 5. c. 12. cum aliis. Imò benè  
docet Swar. cit. n. 4.* Neq; in iure com-  
muni Pontificio, neq; in aliis Pon-  
tificū decretis reperiri Canonē qui  
ingressum mulierū in virorū clau-  
stra sub mortali vetet, exclusis pra-  
ui finis, scandali, violentiæ, iniurię  
circumstantiis, *Roder. t. 1. q. 48. a. 2.* cū  
semper seuerius fuerit prohibitus  
virorum ad Monasteria Monialiū,  
quàm Monialium in virorū Clau-  
stra ingressus. Nec debet pœnalis  
lex ad casū nō expressum extendi.  
Et fanè Constitutio Pii V. in Ger-  
mania videtur non fuisse vsu rece-  
pta. Neq; enim in omnia Monia-  
liū Claustra fuit introducta clau-  
sura, neq; omninò, vbi clausura vi-  
get, seruatur, quod vtriusq; sexus  
Illustribus Comitibus, ac Genero-  
sis personis accessus pateat, atq; le-  
uiter de causa mulieres sæculares, &  
Religiøsæ aliorum Ordinum ad  
Clau-

Clau-



Claustales cellas admittuntur. Statuta Canonorum Præm. cuiuscunque foeminae (fortassis conformiter iuri) etiam Fundatricis ingressum ab olentia poenæ duntaxat, non culpæ aliâs meminerunt, qua dicuntur tam Canonici, quam Conuersi plectendi, quorum incuria, aut iussu mulieres ingrediuntur Collegia pro qualitate delicti, & scandali. Arque hæc Constitutio videtur intelligenda esse de ingressu sub prætextu priuilegiorum postulato, & concessio.

Collige, nullo iure (extra speciales Religionis alicuius leges) fuisse ancillarum ministerium apud Regulares extra Claustrum residentes prohibitum, si nimirum foeminae sunt honestæ, aut sanguine iunctæ, minimeque suspectæ, ut taceam de matris, sororis, neptis præsentia vel seruitio. Imò licet matronæ honestæ domum clau-

clauſtro contiguam, vbi vnus, aut alter inhabitat ingredi, ad Abbatis etiam aulam, eiusdem domicilium citrà vllum cenſuræ periculum foeminae deducantur, quòd plerumque ſeſuncta ſint à Clauſtro Religioſi Conuentus.

Multò equidem plures ſparſim in iure, & alibi reperire eſt caſus Sum. Pontifici reſeruatòs, at tamē quia in praxi haud frequenter occurrunt, non immeritò prætermiſiſi hic ſunt, qui tamen cupit pleniorē nanciſci cognitionem, adeat *Filliuz tr. 15. de Cenſuris. à c. 2. vſq; ad 9 Sayr t. 2. de Cenſuris. l. 3. Suar. t. 5. aliosq; Theologos & Iuris Canonici Interpretes.*



Caput

# Pars II.

De Casibus Episcopis  
generatim reseruatis,  
aut vulgò inter reser-  
uatos recensitis.

## Caput I.

*De Casibus iure, vel con-  
suetudine Episcopis  
reseruatis.*

Synopsis.

- I. *Fundamentum reservationis.*
- II. *Percussio leuis.*
- III. *Ipsa Casuum reservatio.*
- IV. *Excommunicatio Papalis.*
- V. *Quaestio de impedimento.*
- VI. *Exceptio Magnatum.*

VII. *Ab-*

VII. *Absolutio in articulo mortis.*

VIII. *Peccatum Clerici ob Irregularitatem.*

IX. *Peccatum publicâ pœnitentiâ mulctatum.*

X. *Peccatum Incendiarii.*

XI. *Homicidium voluntarium.*

XII. *Falsatio litterarum.*

XIII. *Sortilegium.*

XIV. *Violatio libertatis Ecclesiasticæ.*

XV. *Opinio de reservatione Episcopali.*

I. *Reservatio Episcopis in suas Diœceses competens, ex triplici capite potest colligi. I. Ex iure communi, si illud quosdam casus Episcopis solum per se reservavit. II. Iure consuetudinis, cum enim reservatio sit actus iurisdictionis, & consuetudo eiusdem sit signum accedente Superiorum autoritate conniunte, aut non contradicente cum potest, ac debet, euincitur posse de facto Episcopis titulo legitimæ consuetudinis.*

*suetudinis.*

consuetudinis quosdam casus aut excommunicationes, dispensationes reseruari. 3. Ex iure Episcopis proprio, v. g. si in vel extra Synodum atrox aliquod crimen cum aut sine excommunicatione sibi, aut Vicario, Pœnitentiario suo absoluedum reseruat

*Fill. t. 15 c. 10 n. 229. & 133. Sayr. l. 2 c. 32. n. 1.*

Possunt Episcopi reseruare casus respectu suorum Parochorum, aut Subditorum Religiosorum (non autem respectu exemptorum, seu sæcularium, seu Regularium, vtpotè independentium ab eiusdem iurisdictione) vti constat ex praxi Ecclesiæ, & *Con. Trident. Sess. 14. c. 7.* Exempti, v. g. Mendicantes, Cistercienses, Canonici Præmonstratenses, & alii, etiam si egeant ad probationem Episcopi post Concil. Triid. ad absolutionem validam peccatorum.

*Sess.*

*sess 23 c. 15 de reform.* tamen eâ ob-  
tentâ accipiunt iurisdictionem à  
Papa principaliter, & immediatè  
à suis Prælatiis cum exponuntur  
pro Confessionibus audiendis,  
aut Parochiâ curandâ.

II. Leuis percussio Clerici vel  
Religiosi vtriusque sexus etiam  
Nouitii.

*Cap 17. Peruenit l 5 Decret tit. 39  
de sent excom.*

*Nau cit n 112. & seq Tan. d. 6 q.  
10 dub 4 n 64 cum aliis.*

Leuem intellige comparatiuè,  
vt nec adeò enormis, nec coniu-  
cta cum insigni iniuria, vel scanda-  
lo sit. v g. percussio proprii Abba-  
tis, aut Episcopi, neque cum no-  
tabili detrimento, vt si membrum  
abscinderetur, graue vulnus infli-  
geretur, aut aliquod membrum  
inutile ad munus suum reddere-  
tur, effunderetur in notabili quã-  
titate, & grauitate læsionis pro-  
uoca-

uoca-

uocatus sanguis (secus de illo, qui leuiter percussus multum è naribus cruore eicit) aut quamcumq; aliam grauiter contumeliosam percussione, quæ constituat peccatum mortale. *Vide cit tit. Cap. Illorum referens enormitatis istos casus & hancem XXII in Bulla. Perlectis litteris* Qui inter leuem & enormem percussione tale discrimen posuit, vt enormis censetur quæ fit cum præfatis iniuriis; leuis, quæ fit palmâ, pugno, ligno, pede aut lapide, siue relicto vestigio, aut multa capillorum, barbæ, capitis vel dentis euulsione. Et cum casus huius Canonis sit potius Facti quàm Iuris, relinquatur determinatio leuitatis, aut grauitatis potissimum viri prudentis arbitrio: Nec nudè sola percussio, sed qualitas, modus, locus, persona percussa, in percussione sunt considerata, v. g. an facta sit in theatro, publico, coram

coram Rege, Episcopo, Prælato, in Ecclesia coram multis; an percussus sit Magister, Iudex, Magistratus, Abbas, Episcopus proprius, vel in alia dignitate aut personatu constitutus. *Vide Sayr. optimè differentem. c. 28. à n. 1. vsq. ad 15. scort. Epit 24.*

Percussores Abbatum præter Canonicas pœnas aliàs valdè graves tam spirituales, quàm corporales in Ordine Præmonstratensi subire debent, *inxta statuta Dist. 3. c. 10.*

III. Reservatio casuum, quam ipse sibi absolvendam reservat Episcopus per statuta Synodalia [A] cui adiicitur, quæ incurritur propter cõmunicationē in crimine cū eo, qui fuit excõmunicatus ab Episcopo, indubiū enim est [B] participantem auxilio, consilio, favore (dummodo consiliū influat reapse) cū excõmunicato in  
 cri-



crimine criminoso, propter quod fuit excommunicatus, eandem incurrere censuram, & ab eodem absolui debere, à quo excommunicatus ille, cum quo participat, est absolvendus.

[A] Cap. Nuper. 29. cit. lib. & tit. de sent. excom. Henric. l. 3. c. 9. cum aliis. [B] & quamvis excommunicatio lata propter factum aliquod non incurratur à consulentibus, mandantibus, aut fauentibus, seu auxiliantibus (saltem priusquam crimen perficiatur,) tamen si vel in iure, vel consuetudine ita exprimitur, aut si forte frustra promulgaretur sententia in facientes, nō pariter damnarentur & consules, fauentes &c. certū est tunc ab iisdem eandem incurri censurā. Quod si lex expresse, aut tacite non extendit excommunicationē ad consulentē, tunc nō incidit, licet sit moralis causa criminis.

Hinc

Hinc ut participans in crimine ex-  
communicetur I. requiritur, ut  
participet in ipso crimine crimi-  
noso ob quod alter fuit excomuni-  
catus. II ut scienter participet,  
nempè sciens alterum iam incur-  
risse excommunicationem III ut  
fuerit ille denunciatus super illa  
excommunicatione cit. Henric.

IV. Excomunicatio Papæ re-  
feruata de se, sed in eo casu quo ex-  
communicatus propter impedi-  
mentum Canonicū nō potest pro  
absolutione obtinendā coram Pa-  
pa, aut Legato comparere, tunc et-  
enim absolutio excommunicatio-  
nis [A] ex huiusmodi delicto co-  
ortæ [B] spectat ad Episcopum.

[A] Cap De cætero 11. cit de sent. ex-  
com & Cap Eos 22. eodem tit. 11.  
in 6 l. 5.

[B] Si satisfacere sit paratus, aut iu-  
ret ( si impedimentum non sit per-  
petuum ) se cessante impedimento,  
cum

cum commodè fieri poterit, compariturum ad Sedem Apostolicam, nè recidat in eandem sententiam. Hæ tres excommunicationes censentur propriè Episcopis reservatæ à quibusdam autoribus.

V. Quæres quodnam impedimentum excuset de delicto reum à præsentia personali apud Sedem Apostolicam. Resp. I. excusari mortis propinquum, aut in probabili vitæ periculo (v. g. illum qui habitat in domo peste infectâ) constitutum, subitum periculosam navigationem, bellum, aliisque casibus, in quibus quilibet simplex etiam Sacerdos, si Legatus, Episcopus, Vicarius, Pœnitentiarius, Pastor adiri nequeat, licitè absoluit, *iuxta Conc. Trid. Sess. 14. c. 7.*  
 Resp II. Mulieres cuiuscunque conditionis, senes, debiles, claudos, cœcos, pauperes, arte vel labore victum quærentes, pueros  
 ante

ante pubertatis annos, et si post  
pubertatem perant absolutionem,  
quia isti semper excusantur ob im-  
perfectionem puerilis actus in de-  
liberatione, & perfecto usu ratio-  
nis. Resp. III. omnes istos qui  
potestati alterius subiiciuntur, v.  
g. filius familiars non emancipa-  
tus, seruus, si eos nolit dimittere  
parens vel Dominus.

VI. Resp. IV. Excusari eos qui  
sunt magnæ potentia, aut sine  
gravi incommodo iter Romam  
versus, aut ad Nuntium suscipere  
nequeunt, iuxta Episcopi pruden-  
tiam, tunc premonendus est Sum-  
Pontifex, & secundum eius responsa  
absolutionis beneficiu conferendu,  
nisi forte casus ceteriorem exigat  
absolutionem. Prius tamen sem-  
per fieri debet sufficiens cautio de  
obedientia Papæ præstanda, e-  
iusque consilio. *iuxta Cap. 6. Mu-*  
*lieres, de sentent. excommun. & Cap.*  
*Superio.*

*Superio. Cap. Ea nascitur. Cap. Quamuis & Cap. Pueri: ibid.*

Resp. 5. Monachos, & Canonicos Regulares, quocunque modo se in, vel extra Claustrum percusserint, non esse mittendos Romam, aut ad Nuncium, aut ad Legatum. Et si forsan ad illorum correctionem proprii Prælati discretio non sufficeret, iubet *Alexand 3 in Cap. 2. Monachi. de sent. excom.* Episcopi prouidentiam (in Ordine nostro propter exemptionis priuilegia Vicarii Prouincialis) adhiberi.

VII. Resp. 6. Absolutum in articulo mortis à peccatis aut excommunicationibus reseruatis, habentibus adnexam excommunicationem ab inferiori, teneri postea, si conualescat, se iterum Superiori sistere, non quidem ut Sacramentaliter ab eis denuò absoluantur, sed ut iuxta eius mandatum parti læsæ (idem si quis à priuile-

uilegiato esset absolutus à Casu  
 Episcopo reseruato ) aut pœnæ  
 satisfaciatur: aliò qui si in mora cul-  
 pabili fuerit, incidet in similem  
 excommunicationem eidem re-  
 seruata, à quo debebat prius ab-  
 solui ( sublato scilicet impedimē-  
 to ) cui prior erat reseruata: sicuti  
 & eos relabi constat, qui à Sede  
 Apostolica aut Legato iussi, vt se-  
 stiterent Ordinarius & non pa-  
 rent. *Vide Cap. Eos cit de sent ex-*  
*commun in 6 definiens* Contemnen-  
 tes cessante periculo comparere  
 apud Superiorem legitimum, à  
 quo absolui habebant, priusquam  
 absoluerentur ab inferiori, in e-  
 andem ( nè sic illudatur discipli-  
 næ Ecclesiasticæ ) ipso iure inci-  
 dere.

VIII. Peccatum Clerici, seu  
 crimen habens adnexam Irregu-  
 laritatem.

*Extrauag. Comm. Inter cunctas.*

€

de

*de Privilegiis. l. 5. tit. 7. Ex Benedicto 9.*

Nec reseruetur sola dispensatio irregularitatis, sed ipsum etiam peccatum, à quo tamen reus absolui potest à iudice competente ante dispensationem ab Irregularitate, sæpè enim quis, v. g. à peccato homicidii, mutilationis, hæreseos, absoluitur, cum tamen cum illo sæpè post annum, aut seriùs dispensari soleat in irregularitate contracta.

**IX.** Crimen graue, & scandalosum, ob quod olim publica pœnitentia fuit imposita *Concil. Carthaginense. 3. Can. 3.* vti sunt concubinatus notorius, blasphemia, adulteria publica. *vide Henriq. l. 2. de pœnitent. c. 21. Concil. Trident. Sess. 24. c. 8.*

**X.** Peccatum Incendiarii, qui aedes, segetes, aliaque ex proposito

lito

lito flammis subiicit animo, v. g. nocendi, vindicandi. Incendiarius non est (probabiliter) excommunicatus de facto, sed venit denunciandus, aut excommunicandus, & tunc excommunicatio reseruetur Papæ, nec est absolueudus sine cautione iuratoria nunquam faciendi similia. Extendunt alii etiam ad consulentes, auxiliantes, moraliter scilicet & iniuste ad incendium influentes, v. g. ignem, aliamque materiam parantes.

*Citat. l. 3. c. 12. & 21. q. 8. Cap. Pessimam.* vbi iubetur incendiarius excommunicari, si malo studio, id est, ex odio, libidine, vindicta ignem appoluit, nec tunc absolui potest, nisi & damnum secundum facultatem se compensaturum, aut talia non repetiturum iuret.



XI. Homicidium volūtarium, excipe (probabiliter) mutilationem, & multò magis percussionem in laicis, rixas gladiatorias, etiamsi vulnus graue infligatur, aut membrum abscindatur, ex cuius mutilatione sequatur irregularitas ad S S. Ordinum susceptionem.

Intellige priuata authoritate, & extrà necessariam cum inculpatæ tutelæ moderamine defensionem commissum siuè vi aperta, siuè infidiis, suffocatione veneno, nemini enim licet, excepto Magistratu & quidem secundum legum Sanctiones mortis poenâ, aut mutilationis in facinorosos homines animaduertere, aut ab inimicis priuatam sumere vindictam. Quapropter carnifices, lictores, Iudices, si præter ius, & sententiam maleficos ex priuato odio artius

etiam constringunt, plectunt, tor-  
quent &c. grauer peccant. Col-  
ligitur ex præcepto sexto, Non <sup>quint</sup>  
occides: quo tam cædes suis  
quàm alterius quantumuis sit  
abiectionis homuncu-  
lus, prohibetur, quia indistinctè  
dicitur non occides. *Et Genes. 1.*  
*vers. 6.* Quicumque effuderit hu-  
manum sanguinem, funderur  
sanguis illius: ad imaginem  
quippe Dei factus est Homo: æ-  
quum enim est, vt Homicidæ san-  
guis lege talionis pariter per sen-  
tentiam, & condemnationem,  
vel rixas, latrones, ruinas, incèdia  
fundatur. Et constat experientia  
homicidas variis infortuniis,  
ultore nimirum Deo, ac vindice  
agitari, & ferè violentâ morte  
non naturali occumbere: quia  
homo imago Dei est, qua demo-  
litâ iniuria, & Deo & homini in-  
fertur, *Vide Cornelium comment. in*

G. 3,

Deut.

*Deuternom. Cap. 21. vers 4.* vbi docet Deum etiam apud Gentes: quid inter Christianos? homicidium miro iudicio & iudicio, deregere, & vindicare.

XII. Sortilegium, seu Diuinationo, de quo infra, alii, sed mendose, legunt, Sacrilegium.

Sortilegium intellige diuinationis superstitiosæ vitio corruptum, quo Sortilegi vtuntur ad occulta furta cognoscenda ex iactu, & casu taxillorum, charularum. Etsi sortium vsus in electionibus Ecclesiasticis tam ad beneficia, quàm ad officia dignitates, denominationem ministrorum Ecclesiasticorum sit prohibitus, *iuxta Cap. Finale de Sortilegiis lib. 5. Decret. tit. 21.* tamen hic non videtur esse sermo de tali Sortilegio, sed de Diuinatorio,

rio, cum aliquid fit, vt eius euen-  
tu considerato, aliud occultum  
innotescat per media impropor-  
tionata, quod est superstitiosum,  
v g. quando ex tali iactu, vel casu  
taxilli putetur fur cum furto cer-  
tò prodi, aut coniectetur pro-  
sper, vel infelix negotii successus,  
aut quid aliud prædicatur. de quo  
infra plura. pag 3. Cap. 1. vide cit.  
*Cap. si quis Episcopus & seq. caussa*  
26. q. 5.

Diuinationo alia est licita, quan-  
do rerum occultarum cogni-  
tio ex reuelatione diuina hau-  
ricur, & Prophetia nuncupa-  
tur. Alia est superstitiosa, quan-  
do prænunciatio futurorum e-  
uentuum illicitis modis, & mi-  
nimè à Diuina prouidentia posi-  
tis fit, & dicitur Diabolica quod  
inniratur auxilio Dæmonis, e-  
iusque pacto vel explicito vel

G 4      tacito

tacito implorati. Hæc Diuina-  
 tio tanquàm grauissimorum ma-  
 lorum sentina, quæ probè à Con-  
 fessariis expurganda est. v. g. I-  
 dololatriæ, cum Dæmon cultu,  
 Cæremoniisque soli Deo debi-  
 tis, & ordinatis adoratur, vel I-  
 dolodulix, cum idem adoratur  
 cultu Sanctis debito, v. g. propter  
 excellentiam naturæ, scientiæ,  
 vel vt fiat Dæmon propitius. *Vide*  
*Sanchez. lib. 2. Cap. 38. num. 26. Less.*  
*lib. 2. de Instit. Cap. 43. dub. 5. num.*  
*28. seuerè tùm à Iure diuino pro-*  
*hibetur. Levit. Cap. 20. vers. 27.*  
*vbi iubentur Diuini interfici.*  
*Deuteronom. 18. vers. 10. Exod. Cap.*  
*22. vers. 18. & alibi tùm iure Cano-*  
*nico, causa 26. q. V. Cap. si quis, iu-*  
*betur Episcopis, Presbyter, Dia-*  
*conus, (aliique Clerici) consu-*  
*lentes incantatores, qui artem*  
*Magicam verbis certis peragunt,*  
*Dæmonem aduocant &c. vel Sor-*  
 tile-

tilegos, qui sub nomine fictæ Religionis per quasdam (Sanctorum ut vocant preces) diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt, priuari dignitate, & seq. Cap. Aliquanti: tam Laici, quàm Clerici diuinationis scientiam profitentes, docentes, consulentes, ab Ecclesia habeantur extranei, & q. VII. Cap. I. admoneant, scilicet confessores, concionatores, populum Christianum Magicas artes, incantationes morbis hominum, & animalium nihil prodesse, sed esse laqueos & insidias veteratoris, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur: Et si Clericus hæc exercuerit degradetur, laicus excommunicetur; Probabilius est Sortilegos, Diuinos &c. non ipso facto esse excommunicatos, sed ex-

communicandos, vt cum pluri-  
bus docet *scortia Theorem. 65.* tùm  
denique Iure Ciuili. *l. Quicumque.*  
iuxtâ quam cuique licet malefi-  
cum capere, & illico ad iudices  
deferre, vt communis salutis  
hostem. & *l. multi. C. de Maleficis.*  
quæ vult vt Magicis artibus de-  
ditos feralis pestis, seu sententia  
absumat. Et meritò quia, vt di-  
xi, frequenter intercedit Idolo-  
latria, abnegatio fidei Christia-  
næ, Baptismi Christi, & Bla-  
sphemix in Deum & S. Virg.  
Mariam Hæresis &c. si nimi-  
rùm malefici Diabolo perpe-  
tuò fidem spondeant, eique se-  
rotos deuoucant. Deinde qui  
Societatem Diaboli exposcit, aut  
pactum expressum, vel tacitum  
ad sex, aut quatuor annos icit  
periculo se damnationis æternæ  
exponit, si intrâ annos durantis  
pacti

facti moreretur, nisi renuncia-  
ret, Diaboli esset, (ex pacto)  
facile à diabolo eius que artibus,  
ita astringitur, ut vix elabi possit;  
sicut enim, iuxta *Caietanum* 22.  
q. 95. a. cum Angelis in hac vi-  
ta est inchoatio quaedam æternæ  
Beatitudinis, ita commercium  
cum dæmonibus est initium  
quoddam æternæ damnationis,  
atque ita benedicentes morbosos  
oculos, animalia, & id genus  
defectus corporales per certam  
verborum etiam Sacrosancto-  
rum formulam curantes in pe-  
riculoso statu sunt, nec absol-  
uendi, donec promittant se  
huiusmodi benedictionibus non  
usuros, quia semper saltem im-  
plicitum pactum cum dæmone  
intercedit: Item qui tales male-  
ficos Medicos adeunt, aut con-  
sulant, (quia ligaturæ huius-  
modi

modi



modi ossium, & herbarum nulli  
 mortalium profunt, *ex citat. Cap.  
 Admoneant.*) aut Sortilegos ad  
 rem furto ablatam recuperan-  
 dam accedunt; cooperantur e-  
 nim malo: de speciebus Diuina-  
 tionum, vide *Sanchez ut à Cap. 38.  
 Delriū. disqui. Mag. lib. 4. Cap. 2 q.  
 6. & 7. Suarez. Tom. 1. de Religione  
 lib. 2. de Superstitione. Emanuelem  
 Rodriquetz in summa p. 1. Cap. 7. qui  
 recte docet, conclus. 5. Habentes li-  
 bros Magicos non debere absol-  
 ui, donec eos comburant.*

### XIII. Violatio libertatis Ec- clesiasticæ aut immunitatis.

*Vide cit. Extravag. Commun. In-  
 ter cunctas, & super Cathedram  
 lib. 3. tit. 6. Extravag. commun. de  
 Sepulturis.*

Posteriores hos 4. casus titulo  
 consuetudinis reseruari Episco-  
 pis cum aliis docet *Henriq. cit. nu-  
 mero*

mero 4. & 5. alii aliter existimant, & aliter hos casus numerant.

XIV. Imò opinantur aliqui propriè loquendo nullum casum de iure communi reservari Episcopo, nam casum taliter reservari Episcopo, est in iure Canonem esse, qui reseruet tale crimen, soli Episcopo absolendum, at nullibi talis Canon reperitur, nec exprimitur in *Cap. Episcopus. de pœnitent. & remissi. in 6.* an casus de quibus fit mentio de iure, an consuetudine reserventur Episcopo. Præterea reservatio de peccato habente adnexam pœnitentiam publicam, hodie, vti omnes fatentur, non est in usu, vel solum ad forum contentiosum pertinet. Dein excommunicatio, si non est reservata, tollitur ab illo, qui reservavit, nisi in aliquo particulari casu absolutio.

com.

committatur in iure Episcopo, ut contingit in excommunicatione Canonis. *Si quis suadente.* & in *Concil Trident. Sess. 14. c. 6.* in omnibus occultis criminibus Papæ reservatis. Attamen nec hoc etiam est propriè casum esse reservatum Episcopo, sed tantum ipsi delegari potestatem absolventi, sicuti patet in Abbatibus circa absolutionem suorum Religiosorum, quam delegatam habent à Summo Pontifice. Proinde huiusmodi excommunicatio Episcopo reservata nulla in iure reperitur. Pariter dispensationem in Irregularitate contracta patet esse reservatam vel Summo Pontifici vel Episcopo, si nimirum sit occulta: Culpa verò per se, v g homicidii, violationis Ecclesiasticæ immunitatis, rebaptizationis & similium (probabiliter) non est reservata, sed à  
quo-

quolibet adprobato tollitur. *Sua-*  
*rez. estat. d. 29. sect. 3. num. 6. Filius.*  
*citat. c. 10. num. 238. Tanner. d. 6. de*  
*pœnitentiâ q. 9. dub. 4. qui asserit,*  
*nec publicam blasphemiam, nec*  
*casus, in Extravag. Commun. l. 3. tit.*  
*6. de Sepulchris Cap. super Cathedram,*  
*reservari Episcopis, quod reuo-*  
*centur in Clementina, Dudum. l. 3. tit.*  
*7. de Sepulchris.*

Præter istos recensitos siue iu-  
re, siue generali consuetudine  
Episcopis reservatos, passim al-  
lii, ac diversi in singulis Episco-  
patibus reservati sunt, quos ex  
peculiari lege, vel consuetu-  
dine sibi reservant, quique cum  
varii sint, & varientur sæpius,  
sub scientiam cadere non pos-  
sunt, sed ex usu, & decretis pro-  
priae cuiusque Synodi sunt ad-  
discendi, sicuti etiam de dispen-  
satione in Irregularitate, voto,  
Ponci-

Pontifici Summo non reseruatis,  
relaxatione Iuramenti, quæ iure  
communi, seu consuetudine.  
Episcopis reseruan-  
tur.



Caput

*Caput II.*

*De Casibus Episcopo  
Constantiensi reservatis,  
iuxta Decreta Synoda-  
lia Anno 1609. edi-  
ta. Parte I. Titu-  
lo II.*

*Synopsis.*

- I. Casus publici aduersus Clericos re-  
servati.*
- II. Casus occulti contra eosdem.*
- III. Casus publici cōtra Laicos reservati.*
- IV. Casus occulti cōtra Laicos reservati.*
- V. Casus, & Laicis, & Clericis com-  
munes reservati.*
- VI. Notorium & occultum.*

*I. For-*

I. Fornicatio cum filia Confessionis: Revelatio Confessionis: Celebratio in Ecclesia Interdicta, in Altari non consecrato scienter: in Altari portatili sine licentia, sine sacris vestibus & à Sacerdote non ieiuno.

Reordinatio scienter suscepta.

Celebratio, aut Ministratio nõ ordinati.

Ordinatio per saltum, furtiue, & ab alio Episcopo, vel extra statuta tempora, & antè legitimam cuiusque Sacri Ordinis ætatem promotio facta.

Susceptio Sacrorum Ordinum in Censuris Ecclesiasticis.

Sepultura voluntaria excommunicati corporis in Ecclesia, vel Cœmiterio, vel etiam non excommunicati tempore interdicti.

II, Homicidium voluntarium.

Maiores

Maiores excommunicatio.

Peccatum bestialitatis.

Coitus cum Sanctimonialibus.

Reuelatio Confessionis.

Ordinatio ab alterius Diocesis Episcopo, furtiue, aut per saltum extra statuta tempora, & ante legitimam ætatem, sine licentia, & dispensatione procurata.

III. Matrimonium scienter contractum coniuge adhuc uiuente.

Contractum antequàm certificaretur de morte prioris Cõiugis.

Matrimonium clandestinè non seruata formâ S. Con. Trident.

Sponsalia contrahens, & non obseruans.

Machinatio in mortem coniugis, si mors sequatur.

Baptizatio propriæ prolis, excepto casu necessitatis urgentis,



gentis, vel eiusdem in Baptismo,  
& confirmatione susceptio.

IV. Homicidium voluntariū.  
Excommunicatio maior.

V. Homicidiū voluntarium,  
facto, consilio, præcepto vel con-  
sensu deliberato commissum.

Procuratio abortus, vel sterili-  
tatis.

Incendium Ecclesiarum, do-  
morum aut segetum malitiosè, &  
ex proposito, factum.

Sacrilegium, seu furtum rei sa-  
cræ.

Peccatum bestialitatis cum bru-  
tis commissum.

Coitus cum Infideli, vel Iudæo.

Commixtio carnalis cum San-  
ctimonialibus.

Incestus cum consanguineis, &  
affinibus vsque ad secundum gra-  
dum inclusivè.

Adulterium.

Raptus.

Per-

Pernurium in iudicio factum.

Pollutio Ecclesiæ vel Cœmetē-  
rii sanguinis, aut seminis effu-  
sione.

Violatio immunitatis, & liber-  
tatis Ecclesiasticæ.

Falsatio litterarum & Curiæ E-  
piscopi Constantiensis, vel Mo-  
netæ.

Percussio parentum enormis.

Abusus Sacramentorum, & Sa-  
crarum rerum ad Magicas artes.

Veneficia, & Superstitiones.

Rebaptizatio, & Reconfirma-  
tio scienter collata, & suscepta.

Iniectio manuum violentarum  
in Clericos, Monachos, Monia-  
les, vel quamcunq̄ue etiam per-  
sonam Religiosam, aut Ecclesia-  
sticam.

VI. Vt crimen notorium sit  
requiritur, vt viciniae communita-  
tis, vbi saltem decem sunt, inno-  
tescat maiori parti, aut constet iu-  
dicis

dicis sententiâ, vel iudiciali probatione, aut rei confessione, vel effectu. Similiter publicum crimen dicitur quod publicâ infamiâ laborat, in iudicio conuincitur, vel pluribus è vicinia cognoscitur. Occultum verò est, quod simili modo non est manifestum, etiamsi tres, aut quatuor norunt. Inde Azorio hæresis occulta censetur, quæ non est notoria per euentiam facti, vel sententiam iudicis, aut rei confessionem in iudicio, & nequit per testes probari. Huc multum conducit prudentiorum arbitrium.



Caput

*Caput III.*

*De Fornicatione cum fi-  
lia Confessionis, Bestia-  
litate, Coitu cum Infide-  
li, Adulterio, Raptu,  
Commixtione cum  
Moniali, Incestu.*

*Synopsis.*

- I. Fornicatio cum filia Confessionis.*
- II. Bestialitas.*
- III. Coitus cum infideli.*
- IV. Adulterium.*
- V. Raptus*
- VI. Commixtio cum Sanctimoniali.*
- VII. Incestus.*

*I. Non est ambigendum quin  
gravisimè peccent Confessarii  
in Con-*

si Confessione peracta mulieres  
ad fornicationem alliciunt, aut  
perficiunt, *iuxta Cap. Omnes. 30. q.*  
*1. & Cap. Si quis sacerdos*, ubi Cae-  
lestinus iubet foeminam de tali  
scandalo convictam rebus inter  
pauperes distributis in Coenobio  
poenitentiam agere ad mortem  
vsque, Sacerdotem deponi ab om-  
ni officio, & duodecim annis  
peregrinando poenitere, & reli-  
quum vitae tempus in Coenobio  
viuere; adice etiam *Cap. Sequens*;  
ubi Episcopus quindecim annis,  
Presbyter duodecim, stuprum  
cum filia Confessionis commit-  
tens luere iubetur si inconscien-  
tiam populi deuenit: crimen Om-  
nes enim qui in poenitentia ac-  
cipiuntur, ita filii nostri sunt, ut  
in Baptismate suscepti. De solli-  
citantibus in Confessione foemi-  
nas, *V. de Constitut. Pii IV. Cum sicut.*  
& Gregorii XV, de Anno 1622.

*Vniuersi*

*Universi dominici gregis; Vbi seueris-  
sime puniendi dicuntur: suspen-  
sione ab executione Ordinis, priua-  
tione beneficiorum, dignitatum,  
& officiorum quorumcumque; cum per-  
petua inhabilitate, Regulares pri-  
uatione vocis actiuæ, & passiuæ,  
exilio, damnatione ad triremes,  
& carceres perpetuos sine spe gra-  
tiæ, qui quascunq; personas ad  
inhonesta, siue inter se, siue cum  
aliis in actu Confessionis, siue in  
loco ad auditionem Confessio-  
num deputato, verbis, tactibus,  
donis, signis & nutibus perpet-  
randa sollicitauerint.*

*Scott. in selectas Const. Sum. Pon-  
tificum. Theor. 197.*

II. Bestialitas est peccatum mor-  
tale contra naturam, quod aduer-  
setur ordini naturæ, quem ipsa in  
reliquis animantibus, vel ratio-  
nalis actus postulat, ut sequi valeat  
conceptus, ad quem ista quinque

H

requi-

requiruntur, videlicet. Coniunctio duorum. Eadem in utroq; natura. Sexus diuersus Organa seu vasa congrua. Debitus modus. In bestialitate cum eadem natura, aliaque desint, contra ordinem exercetur talis concubitus, qui grauior est Sodomia ob diuersitatem speciei, quæ magis huiusmodi congressui repugnat. Et expressè sub pœna mortis prohibetur, non tantum vt homo, sed etiam brutum luat, quod hodieq; fieri amat.

*Leuit. c. 18. v. 20. & c. 20. v. 15.*

Qui cum bruto coierit morte moriatur, pecus quoq; occidite.

III. Coitus cum Iudæo, & infideli, præterquàm quod fornicationis malitiam lethalem [A] contineat, aliam quasi augmentem turpitudinē habet adnexam, quod à Christiano cum non Christiana, & contra iuris dispositionem non permittentem fidelem coniugem  
cum

cum infideli, exerceatur nisi & ipse pariter ad fidē conuertatur, ad euirandū seductionis pericōlū aliaq; incomōda, quia sæpe [B] malorum consortia etiā bonos corrumpunt.

[A] 1. ad Corinth. 6 & ad Galat. 5. ad Ephes. . B Causa. 28. c. 12. Sæpe. & cit. Cap. Iudæi.

IV. Adulterium dicitur quasi ad alienū thori accessio, nihil enim aliud est, quàm alicui thori violatio, ad quam requiritur, vt vel vterq; , vel alteruter sit vinculo matrimonii constrictus. Fit enim ex circumstantia (speciem luxuriæ mutante in grauius peccatū) cōiugii in viro vel fœmina, v actus luxuriæ nuncupari accenseri debeat adulteriū. [A] Grauitas peccati colligitur, ex Sacra scriptura [B] & præter malitiam fornicationis habet etiam grauem iniuriam aduersus innocentem coniugem exercitam, nam vir iuxta S. Paulum

H 2

[C] non



[C] non habet potestatem corporis sui, sed vxor, & è contra vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir, adeoq; qui sic obligatus est, alteri se copulare, seu vsum sui corporis sine manifesta iniustitia concedere non potest.

[A] *s. Th. 22. q. 15. 9. a. 8. apud Less. l. 4. c. 3. dub. 10. n. 71.*

[B] *1. ad Corinth. 6.* [C] *1. ad Corinth. 7.*

V. Raptus propriè est cum persona aliqua libidinis causâ vi illatâ abducitur.

Intellige quamcunq; personâ, siuè masculum, foemellam, nuptam siuè innuptam, atq; necesse est vt vis inferatur vel ipsi personæ, vel eius parentibus, tutoribus, aut quorum curæ subiacet, aut vtriusq; simul. Hinc si violaretur in domo paterna etiam vi illatâ. v. g. à milite hybernante, &  
non

non abduceretur, talis vis non diceretur raptus, sed stuprum. Præterea si filia sponte cum amasio nesciis parentibus abscederet, non raptus, sed fuga voluntaria esset, ita profus ad raptum prærequiritur vis:

*Pœnas raptorum qua Civiles, qua Canonicas, vide apud Less. cit. dub. 9. à n. 58.*

**VI** Commixtio cum Sanctimoniali est Sacrilegium mortale ob violationem personæ Deo per uotum Castitatis dicatæ, quæ peculiariter sanctitati ac reuerentiæ Monialis, vel potius Religiositati Deo in Moniali debitæ repugnat. Si verò utraq; persona sit sacra v. g. Sacerdos, aut alius in maioribus constitutus Religiosus, duplex committitur Sacrilegium.

*Ita Communis.*

**VII.** Incestus (dictus vel quasi

H 3

non

non castus, vel à cestro id est cingulo, quo vxor cum maritalis illi fides promitteretur, à marito cingi solebat, vel potius discingi) est concubitus illegitimus, cui cingulum legitimarū nuptiarum insigne ob consanguinitatem adplicari nequit, vel affinitatem intra gradus prohibitos [A] qui sunt omnes gradus consanguinitatis & affinitatis ex matrimonio legitimo contractæ, vsq; ad quartum gradum: ex fornicatione vsq; ad secundum [B] tamèn incestus non reseruatur tam consanguinitatis, quàm affinitatis, nisi ad secundū gradum inclusiue, sic qui cum affine turpitudinem in tertio gradu exercuisset, aut cum consanguinea non incideret casum reseruatum, etiamsi incestum committeret. Et est contra reuerentiam & honorem, quem in hoc actuum genere consanguinitati, & affinitati debe-

debemus, dicente Scriptura ne discoperias, ne reueles turpitudinem Matris, Sororis &c In consanguineis enim, & affinibus ortus nostri principium intuentes reuerentiam in iis debemus, quæ actum gignendi concernunt.

[A] Cornelius in Leviticum c. 18.

v. 17. gravitas huius peccati patet ex 1. ad Corinth. 5. & Levit.

18. quin ipsa animalia incestum execrantur, teste Aristot. l. 1. de Animalibus. c. 74. grauior præterea est incestus cum consanguinea, quam cum affine in eodem gradu v. g. cum propria sorore, quam cum sorore Vxoris, nam vinculum prius longè est arctius, magisq; naturale ob maiorem coniunctionem, & unionem proprii sanguinis, quam posterius propter sanguinem vxoris.

H 4 Caput

## Caput IV.

De inualido usu & a-  
busu Sacramentorum  
& Sacrorum.

## Synopsis.

- I. Celebratio prohibita, ratione loci, persona & vestium.
- II. Celebratio non ordinati.
- III. Revelatio Confessionis.
- IV. Reordinatio, Rebaptizatio, Recon-  
firmatio.
- V. suscep. in Ordinum ab alieno Epi-  
scopo.
- VI. Susceptio Ordinum in censuris, &  
tempore indebito.
- VII. Baptizatio, & susceptio propria  
prolis.
- VIII. Abusus Sacramentorum, &  
Sacrorum.

I. Ad

I. Ad Sacrificium Missæ licitè peragendum, requiritur [A] altare lapideum (siue sit stabile siue mobile) chrismatis vñctione ab Episcopo consecratum: neq; vllò priuilegio sine speciali Pontificis concessione licita est celebratio sine huiusmodi altari, & locus in quo celebratur, sit sacer & non Interdicto suppositus, in quo non prohibeantur diuina officia: licèt tamen tempore Interdicti submissâ voce, ianuis clausis, interdictis, excommunicatis exclusis, campanis non pulsatis, festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis B. M. *Injta Cap. Alma Mater. de sent. excom in 6. uti supra fufius est ostensum* Ex praxi etiam constat vsum portatilis probari debere ab Episcopo [A] Quo semel adprobato, & obtento Mendicantes, & cum iisdem communicantes [B] vbiq; in loco honesto

præsertim tunc, cum Ecclesia consecrata adiri nequeat commode v. g. in Acidulis, vbi ad duas plus minusuè horas dissidet Ecclesia, licitè vel Abbas vel alius priuilegiatus citrà scandalum, & præiudiciũ Ecclesiæ Parochialis vtitur, non obstante *Conc. Trid. sess. 22. in Decreto. de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ.* Præterea necessariae sunt vestes sacræ siue benedictæ, scilicet amictus, alba, cingulum, stola, manipulus, & casula C. & mortaliter quis peccat si aliquid horum ( citrà ignorantiam, aut aduertentiam ) omittat. In necessitate tamèn liceret pro cingulo vti stola D. Præterea altare ad minimum duplici mappâ lineâ vel vna duplicatâ cum corporali lineo ab Episcopo, vel Abbate consecrato, & decentius quidem non tamèn necessarium est triplex linum præter ipsum Corporale.

rale insterni E. Denique vniuersalis consuetudo ab Apostolis introducta obtinuit propter reuerentiam tanti Sacramenti, vt soli (extra mortis periculum aut graue scandalum) ieiuni celebrent, ac communicent, id est, qui post mediam noctem nihil omnino per modum cibi, aut potus insumpserunt F.

[A] *ex cummuni DD. & praxi Ecclesie, Rubricis S. 10. de defectibus in ipso Ministerio [B] Roder. t. 2. q. 75. a. 1. & 3. Con: in q. 83. a. 3. dub. 1. n. 226. aiens, & si priuilegia, quae olim habebant Mendicantes per Con. Trid. reuocentur, plurimis tamen à Pontifice denuo cenceſſa fuisse, & sic per viam communicationis, aliis [C] moraliter non potest accidere casus vbi liceat sine omnibus vestibus celebrare, & ne quidem sub metu mortis ex*  
*Caies.*



Caiet. 13. q. 69. a. 4. Coning. cit.  
 dub. 3. a. 3. fieret enim in con-  
 temptum hæc coactio, quæ sine  
 mortali nõ impleretur [D] Coning.  
 a. 3. dub. 3. n. 250. qui non au-  
 det condemnare peccati mortalis  
 celebrantem sine cingulo die festo,  
 quando totus populus deberet sa-  
 cro carere. [E] Sylvester. V. Missa.  
 1. n. 2. cum communi: requiritur  
 etiam lumen accensum in unâ ad  
 minimum eâq; cerea candelâ, (aliâ  
 enim uti quàm cereâ non tam mi-  
 nus decet, quàm sit contra consue-  
 tudinem Ecclesiæ) si duæ iuxta  
 consuetudinem Ecclesiæ accendi  
 nequeant. Patet ex Cap. ult. de  
 Celebratione Missarum, in quo in-  
 ter gravissimos excessus ponitur ce-  
 lebratio Missæ sine igne. Præterea  
 Nau. Cap. 5 n. 84. cum Com-  
 muni docet esse peccatum mortale  
 sine libro in quo saltem totus Ca-  
 non non sit descriptus, celebrare  
 ad

ad graue in commodum euitan-  
dum v. g. si quis distractus nescires  
quid dicendū, agendum uè occur-  
reret, tunc aliqua omittenda es-  
sent &c. F. Rubricæ Generales. S.  
10. sup. Gratianus Can. 54. li-  
quidò dist. 2. ex S. Aug in l. Resp.  
ad Ianuarium. c. 6. ait. Placuit  
Spiritui sancto ut in honorem tan-  
ti Sacramenti in os Christiani prius  
Dominicum corpus intraret quàm  
ceteri cibi, ut probabilis etiam  
censeatur sacerdotem non ieiunium  
debere potius moribundum sine  
viatico relinquere, quàm celebra-  
re. Coning. cit. q. 80. a. 3. n. 56.  
nisi aliàs graue scandalum orire-  
tur. Ea propter sedulo adtendant  
Parochi, nè per ipsorum negligen-  
tiam unquam consecratæ desint  
hostiæ, nè moribundi ad Commu-  
nionem tunc sub peccato mortali  
obligati viatico tam necessario  
quàm salutarì prouentur. Potest  
verò

verò Sacerdos non ieiunus communicare quando loco vini aquam consecrauit, & sumptam totam reddere non potuit. Plura in Rubricis cit. Et licet in ablatione oris, aut prægustatione humoris quem statim reuomit, parum quid per imprudentiam deglutiatur, modo non sit notabilis quantitas (etiam contra mentem) communicatio, aut celebratio potest peragi. Præterea licitum est Parocho hoc præsertim pestis tempore Angelicam, & id genus radices ad noxium aërem depellendum ori imponere, dentibus conterere, dummodo nihil deglutiatur, non tamen caret periculo pillulas ex saccharo, aut quid simile, quod facile liquescit, sumere.

II. Non ordinatum facere Sacrificium esse grauissimum scelus [A] ob Idololatriæ periculū, vilem de S. Eucharistiæ Sacramento existimatio-

stimationem, alieni in re grauissima usurpationem officii, constat ex Clemente 8. [B] qui eos mandat, qui ad Ordinem Presbyteratus non sunt promoti, & tamen usurpant Missarum celebrationem (& Sacramentum pœnitentiæ ministrant) tanquam grauissime committentes, à Iudicibus SS. inquisitionis & locorum Ordinariis, veluti Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abiectos, & ab Ordinibus, si quos habuerint, ritè degradatos, Curiae seculari pœnis meritis plectendos tradi. Et ad cuiusque Ordinis Collationem requiri certam consecrationem seu ordinationem, constat ex praxi. Et si quis diuinum officium aut Ordinem, quem non habet, solemniter, seriò, & cum graui culpa exerceat, meritò ab Ecclesia abiiciatur. & Irregularis fiat.

[A] 1. 5.

[A] l. 5. Decret. tit. 24. de Clerico non ordinato ministrante. Coning. d. 18. de Irregularitate dub. 6. n. 45. Sic Laicus canens Epistolam, aut Religiosus Passionem sine Manipulo & Stola etiam in Dalmatica, non peccat, nec Irregularis efficitur. [B] Confit. Etsi alias.

III. Reuelatio Confessionis est contra sigillum, id est, obligationem seruandi rem aliquam secretam, quod ex omni & sola Sacramentali Confessione respectu absolutionis obtinenda oritur. [A] Cuius tanta vis est, vt ob nullum omnino quantumcunque graue damnum euitandum, vilo vnquam euentu inuito poenitente liceat aliqua, quae sub sigillum cadunt, reuelare, tam de venialibus in specie quam de mortalibus in genere, aut poenitens regi voluit (idem de ipso poenitente, astante, aut verba intelligente) tacere quod

quod Confessor rectum vult, siue  
absoluatur poenitens siue non, siue  
moriatur, siue viuat, semper obli-  
gat sigillum.

[A] *Ex institutione Christi & com-  
muni sensu Ecclesie. Coning. d. 9.  
dub. 1. non tamen est frangere  
sigillum in genere mouere Superio-  
rem alicuius congregationis de pec-  
cato, quod ex Confessione testi,  
committi solitum, ut provideat, &  
auertat occasiones, dummodo ali-  
quis in particulari non prodatur,  
aut nullum periculum sit reum de  
delicto per talem denuntiationem  
posse deprehendi.*

IX. Tria sunt omninò Sacra-  
menta, quæ semel ritè collata, &  
suscepta sine graui peccato, & ir-  
reuerentiâ reperi amplius non  
possunt ob characterem (tanquam  
spirituale signum, & indelebile)  
quem imprimunt, adeòq; tam col-  
latores, quàm susceptores iterati  
Baptisimi

Baptismi, Confirmationis, Ordinationis scienter collati grauiter peccant.

Est de fide ex multis Conciliis. *Vide s. Th. in. 3. p. q. 66. a. 9.* Post prudens verò dubium (non scrupulos, aut leues dubitationes, suspensiones) de valore Baptismi v. g. in necessitate baptizatus infans à foemina (de qua graues causæ dubitandi an consueta forma fuerit vsa) debet baptizans sub conditione ore, vel mente exprimenda infanculum baptizare. Et sic proportionaliter de reliquis Sacramentis, quæ ex institutione Christi sunt initerabilia.

V. Sicuti sententia lata à non iudice irrita est, ita de facto ordinatio ab alieno Episcopo collata, qui ius ordinandi non habet, irrita censetur in ordine ad legitimam eius executionem, seu  
vsum.

vsus, [A] tamen si ille qui Ordines Minores ab alterius Diæcesis Episcopo sine proprii Ordinarii licentia, aut litteris dimissoriis accipit grauiter peccet, non tamen suspenditur, vt exercendo Ordines Irregularitatem contrahat, tamen tali est vsus interdicens [B] si ergo ille qui Minores accipit, quantò magis qui Maiores.

[A] *Cap. Si quis ausus. dist. 71.*

[B] *Cap. Quod translatione 1. Decret. tit. 11. de Temporibus Ordinandorum. Exempti à quocunque Episcopo ordinari possunt sine Dimissoriis Ordinarii v. g. in cuius Diæcesi degunt; atque à suis Prælati jurisdictione quasi Episcopali gaudentibus Primam Tonsuram, & Quatuor Minores in Cœnobio accipere.*

VI Susceptio SS. Ordinum 1.  
Impediri potest propter Censuras Eccle-



Ecclesiasticas, quia Ordinandus est subiectus excommunicationi, vel irregularis ex defectu corporis, lenitatis, aut delicti v. g. propter homicidium, mutilationem, aut aliâs per iudicem, aut de iure à susceptione Ordinum suspensus.

2. quia furtivè accipiuntur, sine ptemisso examine, ad probatione Episcopi, vel quod alium suo loco in examine supposuerit, & sic se examinarum simulat, & obtrudit quasi ille aliter esset, & efficitur irregularis saltem quoad ascensum ad altiores Ordines, *iuxta Cap. Veniens. l. 5. tit. 30. de eo qui furtivè Ordinem accipit.*

3. ratione temporis, si nimirum extra statuta ab Ecclesia tempora sine dispensatione accipiuntur: Et si Mendicantes possint extra statuta tempora ordinari in die v. g. Dominica qualibet, aut Festo Semiduplici. *Rot. Tom. 4. q. 23. a. 5.* non est sermo de prima tonsurâ

tonsuræ quæ quouis die conferri potest, nec de Minoribus ordinibus, quia & isti extra communes ordinationes quouis die Dominico, aut Festo conferri possunt, modo non multi simul ordinentur. 4. ratione saltus, quia ex Ecclesiæ dispositione, & institutione constat esse subordinationem inter SS. Ordines, vt superior ante inferiorem conferri non possit nec debeat, & qui sic ordinatur, suspenditur ab exercitio Ordinis per saltum suscepti, donec per Episcopi dispensationem Ordinem intermissum accipiat, atque in vtroq; ministrare permittatur. 5. ratione ætatis, quia nullus ad Subdiaconatum ante 22. neq; ad Diaconatum ante 23. ad Presbyteratum ante 24. (non completos, sed solum ceptos annos intellige) ætatis annum est promouendus. Aetas ad Tonsuram & Minores relin-

relin-

relinquitur iudicio Ordinarii definienda, dummodo seruetur Constitutio Bonifacii 8. in Cap. Nullus de temporibus Ordinandorum in 6. ut nullus infanti minori septem annis Consuram, & Ordines Minores, qui saltem linguam non intelligat latinam. conferat. Constat ex praxi. Vide Con. Trid. sess. 13. c. 4. & sess. 23. Cap. 12. de reform. Nau. c. 27. n. 155. Laymann. l. 5. tr. 9. c. 7.

VII. Parens extra urgentem necessitatem propriam prolem licite nec baptizare, nec patrinum agere potest, absq; peccato mortali, quod usurpet in re graui officium alienum, & contrahit cognationem spiritualē cum sua coniuge, quæ usum matrimonii impedit, tamen si debitum innocenti parti reddere teneatur. Et negari non potest, quin per usum illicitū Matrimonii huius violatā cognatione spirituali, quædam deformitas contrahatur

trahatur ( siuè iam sit adincestum, siuè melius, ad sacrilegium reducenda) quod ortū ex baptismi Sacramento habeat, & si aliqui putent nullum impedimentū conjugalis usus sequi. In necessitate sicut baptizando, suscipiendo, non peccat, ità nec contrahit cognationem propter iuris dispositionem.

*Laymann, cit. c. 10 n. 7.*

VIII Sacramenta, & sacras res sanctè tractanda, & habenda, vel ipse instinctus naturæ docet, ut penitus horū abusus sit abominabilis, si nimirum in alium finē à ministro detorqueatur, quā Christus Seruator instituerit, & Ecclesia Catholica docuerit. Hinc quā reuerentiâ sint Sacramenta habenda, rudis vulgus edocendus est, superstiosas nimirum praxes de sale, aqua lustrali, baptismo, cereo paschali, tanquā ab Ecclesia seuerè prohibitas, quibus frequenter abutitur,

**Item**

Item exigere. v. g. Missæ Sacrificium ad illicitam furis reuelationem, schedulas vulgò Passauientes clàm altari imponere, vt super illas Missæ sacrificium terciò peragatur, & id genus superstitiosa, & ab ipso Dæmone extremo Sacramentorum, & sacrarum rerum hoste, in contemptum inuenta: vt tacenda sit illa summa iniuria venerabili Sacramento illata, quando sacrilegè ad veneficia seu maleficia vsurpatur.

*Vide Delr. t. 2. Disqui. Mag. l. 3.  
p. 1. q. 7. f. l. S. Decimum.*

Non tamen carpendum est hic prudentum medicorum catholicorum consilium, cum (quando naturalia medicamenta nihil operantur) & sit suspicio maleficii, ex sale benedicto, aqua baptismali, lustrali, cereo paschali, aut ex aliis benedictis herbis emplastrum conficiunt, vt nimirum per  
adplia

adplicationem rerum benedictarum maleficia, quibus permittente Deo Sagæ mortales morbis quandoque gravissimis afficiunt, solvantur, ac impediatur nocumentum cum pacto tacito Dæmonis illatum.



I Caput

## Caput V.

De Excommunicatione,  
 Excommunicati sepul-  
 turâ, Incendio Ecclesia-  
 rum, Pollutione, Violentiâ  
 in Ecclesiasticos &  
 Sacrilegio.

## Synopsis.

- I. Excommunicatio maior.
- II. Prohibitio sepulture.
- II. Conflagratio Ecclesia.
- IV. Pollutio racione sanguinis, & se-  
minis.
- V. Violatio immunitatis, & liber-  
tatis Ecclesiastica.
- VI. Sacrilegium.

L. Ham

I Eam duntaxat excommunicationem intellige, quam vel ipse de iure vel generali consuetudine, vel speciali lege tulit propter aliquod atrox crimen, à quo per se nemo alius inferior & Episcopo subiectus, præter ipsum & ipsius pænitentiarium potest absoluere.

*Vide supra dicta p. 1. c. 2. de potestate reseruandi Episcoporum & p. 2. c. 2.*

II. Prohibitio sepulturæ dupliciter accidere potest, vel ratione personæ, vel ratione loci: illud, quia v g. in manifesta pertinacia, & censura Ecclesiastica Excommunicationis, interdicti decedit [A] hoc quia v g. locus est interdictus, in quo tunc qui quid habet quandam participationem rerum seu officiorum spiritualium, & Ecclesiasticorum, prohibetur, vt exerceatur, inter quæ numeratur Ecclesiastica sepultura, cum officio Ecclesiastico, solemnique



ritu funeris, Item pulsus cantus, comitatus &c. [B] & utriusq; si violetur scienter peccatur mortaliter.

[A] certum est personas verbi gratia nominatim interdictas & si Clerici sint, non posse sepeliri in loco sacro ex Clemēt. . de Sepulturis [B] ex Cap. Quod in s. de pœnit. & remiss. lib. 5. decret. tit. 58. in loco autem prophano quantumvis interdicto quilibet sepeliri potest, quamvis Clericus solemniter ritu non possit comitari funus. Clericus tamen in Generali Interdicto locali cuius causa non extitit, potest in loco sacro sine pulsu & cantu sepeliri, quod si seruetur Moderatio in Cap. Alma Mater, licebit prefatis diebus pulsare campanas, divina officia pro defunctis obire aliasq; pompas funebres instituere. Coning de 17. dub. 2. n. 51.

III. Incendium Ecclesiæ, segetum domorum &c, malitiosè, &  
ex

ex proposito patratum mortale est peccatū, & maius censetur inferre damnum, ex accidenti quàm simplex futurum.

*Vide supra dicta de Incendiariis  
Qui teste etiam Less. l. 2. c. 45.  
dub. 4. n. 21. Contra communem  
Canonistarum ipso facto non  
sunt excommunicati.*

**IV. Pollutio Ecclesiæ, vel Cæmeterii per effusionem sanguinis & seminis.**

Quinque modis polluitur Ecclesia consecrata 1. per iniuriosam humani sanguinis effusionem scilicet in notabili quantitate [A] inde non sufficit duas vel tres guttas elici, nec Ecclesiæ pollutio tantum sequitur ex sanguine decidente in pavementum, sed multò magis ex iniuriosa læsione, quæ effusionem causat 2. per iniuriosam hominis occisionem, etiamsi nullus eliciatur sanguis v. g. suffocatione, laqueo &c. [B] 3. per illicitam hu-

1 4

manū

mani seminis effusionem voluntariè factam [C] 4. per sepulturam excommunicati (hodie qui est tantum nominatim denunciatus, aut notorius percussor Clerici) [D] 5. per Sepulturam pagani, infidelis, idest non Baptizati.

[A] *Cap. Si Ecclesia. de Consecr. Ecclē: & communis DD.* [B] *Cap. Proposuisti. eodem tit. subsecutâ morte.* [C] *Cap. si Ecclesia. cum communi. si nimiris propaletur pollutio, vel eidentia facti, vel confessione rei. D. Cap. Consulisti. tit. eodē. ex Cap. Ecclesiã 1. & 2. eodem.*

Debet porro effusio sanguinis esse coniuncta cum peccato mortali, ita vt etiamsi profusio sanguinis sit copiosa, & percussio venialis, non sequitur Ecclesiæ, vel Cœmiterii pollutio (pollutâ Ecclesiã polluitur etiã concomitanter cœmiterium contiguum, non tamen vice uersâ, & illâ reconciliatâ, re-  
con-

conciliatum est, *sa. V. Ecclesia. n. 22.*) si verò percussio sit grauis, & facta in Ecclesia, siuè intra, siuè extra sanguis postea effundatur, violatur Ecclesia. Præterea effusio seminis debet esse voluntaria, & lethaliter illicita, siuè fiat á viro, siuè á fœmina per pollutionem, copulam, & secundum plerosque etiam conjugalem (nisi diuturna necessitas habitandi in templo excuset) propter indebitam circumstantiam loci, id est reuerentiam & sanctitatem. Excipe tamèn modicam humectationem, seu distillationem, aut effusionem, si extra Ecclesiam accidat v. g. in turri, tecto, spelunca, sub pavimento Ecclesiæ, aut pollutionem inuoluntariam indirectè in somno, & deniq; quâcunq; animalium turpitudinem.

V. Violatio immunitatis & libertatis Ecclesiasticæ.

I 4

Triplex

Triples ponitur immunitas, adeoq; etiam trifariam violatur per se, alia locorum, alia personarum, tertia honorum, quæ vel ad Ecclesias, vel Clericos, seu Religiosos spectantia ab omnibus oneribus, & tributis debent esse exempta. Prima actiones profanas Sanctitati locorum repugnantes proscribit v g. homicidium etiam per suffocationem, iniuriosam læsionem &c. & refugium securitatis ac custodiæ præbet, tam reis qui eò confugiunt, quam bonis quæ ibidem deponuntur Hanc immunitatem habent omnia templa ab Episcopo fundata, & consecrata, aliaq; loca quæ in iure censentur Religiosa v g hospitalia auctoritate Episcopi dedicata, Monasteria Religiosorum, quoad totum Claustrum, seu habitationem, palatium Episcopi, Ecclesia non consecrata (dummodo in ea diuina officia peragantur,

gantur, aut alioqui deputata sit (isodem) polluta aut interdicta, tota fabrica Ecclesiæ cæmeterium aliâq; loca Ecclesiæ adhærentia cum suis confiniis, quæ in magnis templis ad 40. in minoribus ad 30. passus per circuitum (nisi fortè consuetudo loci deroget iuri) extenduntur. Imunitatem omnibus reis indefinitè tam in Ciuilibus quàm Criminalibus constat prodesse, & confugientes ad loca Religiosa v. g. si funem campanæ, aut feram tangant, non possint inde inuito, aut inscio Episcopo, Prælato extrahi, aut violenter intra illam tractari, nec ad pœnam corporalè, aut mortis condemnari. Amittunt tamen imunitatem latrones, agrorum depopulatores, homicidium, mutilationem in ipsis Ecclesiis patrantes: proditorie in Cæmeteriis proximum, per insidias occidentes mandantes. Af-

I ;

fasini,

fasini, qui certa pecuniæ summa  
 oblatâ ad homicidium se offerunt,  
 rei læsæ Maiestatis, insurgentes in  
 personas Principum, iuxta Gregorij,  
 14. addit Suar. immunitatem loci iuri-  
 bus per consuetudinẽ adimi, vide Scott.  
 Theor. 58. de pœna violantium immuni-  
 tatem Ecclesiasticã apud eundem Theor.  
 77. & 78. ubi ex multis quã Canonicis  
 quã Civilibus iuribus eam solide demon-  
 strat, & de eorum excommunicatione  
 Cap. Nouerit. de sent excom. & Bullam  
 Cene. de iniectiõne violenta manuum  
 in Ecclesiasticas supra in Canone si quis  
 suadente Diabolo.

VI. Sacrilegium seu furtum rei  
 sacre, videlicet in notabili & mor-  
 tifera quantitate, & per circum-  
 stantiam sacre efficitur Sacrile-  
 gium, quo res sacra quæ ob sancti-  
 tatem reuerentiæ esse deberet, con-  
 taminatur. Nec videtur sermo esse  
 de furto, quod in loco sacro com-  
 mittitur non quidem circa rem  
 sacram,

facram, sed prophanam v. g. pecuniam, quæ asyli & securitatis causâ ibi fuit deposita, quia odiosa sunt restringenda, sed solum furtum in rebus sacris, seu benedictis patratum v. g. furtum Calicis, vasorum Sacrorum, aut cuiusque rei ad ornatum altaris pertinentis, aut ad Dei cultum ordinatæ, iuxta diuersam sanctitatem, quæ in rebus sacris reperitur, etiam diuersum Sacrilegium potest committi vt vnum altero grauius reputetur.

*Vide Less. l. 2 c. 45. dub. 3. cum  
S. Th. q. 99. a. 3.*



Caput



## Caput VI.

De Matrimonio vi-  
uente adhuc coniuge, aut  
non cognitâ prioris mor-  
te, vel clandestinè con-  
tracto, Sponsaliorum  
reuocatione.

## Synopsis.

- I. Matrimonium illicitè contractum.
  - II. Matrimonium clandestinum.
  - III. Sponsaliorum contractus non ob-  
seruatus.
  - IV. Periurium.
  - V. Falsatio Literarum, vel Monetae.
- I. Matrimonium Coniuge adhuc  
viuente scienter [A] au. antequâ  
certo

certò cōstat de morte prioris Coniugis, cum alia contractum [B] est inualidū nequit enim coniux ob bonum fidei conjugalis ad aliam copulandi causa accedere, quādiu coniux eius viuit aut dubitatur viuere.

[A] Matrimonium ex sua primæua institutione postulat, ut sit unus cum unica, adeò ut inualidè, & cum graui iniuria, ac peccato quis contrahat cum secunda quando prior adhuc viuit, aut moraliter nondum certus est de morte prioris Coniugis, iuxta Cap. Gaudemus l. 4. Decret. tit. 9. de Divortio & colligitur Genes. 2. Et erunt duo in carne una. Vide Cornel. in Gen. c. 2. u. 24. [B] quia cum in secundis nuptiis periculū irritationis, & adulterii impendeat, rectè prohibetur tanquā in re grauisima contrahere donec vinculus recipiatur, contractus secundus

secundi Matrimonii, in Cap. In  
 presentia 19. l. 5. Decret. tit. 1.  
 de sponsalibus. Vbi iubetur fœmi-  
 na eo usque abstinere secundis nu-  
 ptiis (etiamsi per septenniũ diligen-  
 tem sollicitudinẽ de vita, aut morte  
 Coniugis adhibuerit) donec certum  
 nuntium recepisset, & l. 4. Decret.  
 tit. de secundis Nuptiis. Cap. Do-  
 minus, respondet Lucius 3. ut nul-  
 lus amodò ad secundas nuptias mi-  
 grare presumat, donec ei constet,  
 quod ab hac vita migrauerit coni-  
 ux eius. Quenam verò certitudo  
 sufficiat ad secundas nuptias  
 tractat fusè Sanchez. l. 11.  
 de 46. Laymann, l. 5. tr. 10. p.  
 3. c. 3.

II. Matrimonium clandestinè  
 non seruatâ formâ S. Trid. Con-  
 tractum.

Conc. Trid. sess. 24. c. 1. in Decre-  
 to, de Reformatione Matrimonii. Ma-  
 trimonium clandestinum dicitur,  
 quod

quod contrahitur sine assistentia  
Parochi, aut alterius Sacerdotis  
vicem agentis Ordinarii, & sine  
duobus aut tribus testibus: quod  
seuerè semper in Ecclesia fuit  
prohibitum ob mala, quæ ex  
eo oriebantur, vt patet ex Con.  
Trid. cit. & si pro valido reputa-  
batur (etiam hodie vbi Con. Trid.  
vsu nõ est receptum) postea tamèn  
idem concilium ad euitanda gra-  
uia incommoda clandestinum ma-  
trimonium irritauit nimirum sine  
Parocho aut alio Sacerdote de eius  
licentia, & duobus testibus, vt  
quicquid horum desit, matrimo-  
nium sit nullũ, Et sic licet denun-  
tiationes, seu proclamationes illi-  
citè omitterentur, nihilo tamen  
minus staret contractus matrimo-  
nii, quod sint de forma, vt licite  
perficiatur non vt validè, sicuti re-  
quiritur Parochi & duorum te-  
stium assistentia, *Ex cit. Cap. Con.  
Trid.*

Trid. & consiat ex praxi Constantien-  
sis Curia, in qua huiusmodi clandestini  
contractus pro irritis habentur & de-  
clarantur.

III. Contractus Sponsalio-  
rum sed non observatus.

Sponsalia peracta pariunt ta-  
lem obligationem, ut sponsus  
uterque constringatur ad nuptias  
datâ proximâ occasione contra-  
hendas, adeò ut quousque alter  
servare promissionem ac fidem  
vult, alter absque mortali iniuria  
(si tamen desit rationabilis causa)  
resilire non possit, etiamsi clam  
fuerint sine testium solemnitate  
agitata. Respectu tamen fori ex-  
terni necessaria est probatio per  
testes faciendâ, aut in defectum  
plenæ probationis, iuramentum  
præstandum. Quod si alter spon-  
sus promissis stare noller, & sine  
iusta causa resilire cuperet, cogen-  
dus est ab Ecclesiastico iudice  
præ-

(præmissa canonicâ admonitio-  
ne) per minas censuræ ecclesia-  
sticæ ad fidem seruandam. iuxta  
*Cap. Ex litteris de Sponsalibus l. 2.  
Decret. tit. 1.* vbi dicitur, si mo-  
nitis non acquieuerit Ecclesiastica  
censura compellatur: vt sponsam  
(nisi rationabilis causa abstite-  
rit) in vxorem accipiat, &  
maritali affectione  
pertractet.



Caput

## Caput VII.

*De Homicidio Abortu,  
Percussione parentum,  
& Machinatione  
mortis in Con-  
iugem.*

## Synopsis.

- I. Homicidium voluntarium.
- II Duellum solemne.
- III. Excommunicatio ratione duelli.
- IV. Abortus.
- V. Enormis parentum percussio.
- VI. Machinatio mortis in Coniugem.

I. Homicidium voluntarium  
facto, præcepto, consilio vel con-  
sensu deliberato commissum.

Homicidiū ex proposito com-  
missum

missum, aliud est directè volitum, adeòq; plenè voluntarium, quod ex modo inuasionis aggrauari potest v. g. grauius putatur viatorè à latrone per insidias interfici, aut globo imparatum ad defensionem trahi, veneno peti, quàm pro-uocatum adoriri. Huic æquiparatur causam valdè propinqua ad occisionem v. g. punctim præcordia aut cæsim caput lædere. Aliud est indirectè volitum, scilicet vel in causa, ex qua non raro hominis occisio fuit secuta, aut eam sequi posse existimatur & ab ea non cauetur v. g. ebrietas à viro rixoso non vitatur, cum iam plures rixas sanguinolentas & periculosas ebrius inceperit: vel in effectu, dum illud quod quis posset, ac deberet impedire nō impedit v. g. minister iustitiæ tenetur rixosos amouere, prodere, & negligit cum possit ac debeat:



debeat : iuratus Medicus necessaria ad vitæ consuetudinem media præscribere : venator antequam sclopetū exonerat circumspicere, maximè in eo loco, vbi plerumq; solent homines morari v. g. in sylua ad lignum, vel syluestria pyra, glandes &c. colligendas, tales si omittunt ad quod obligantur & sequitur occisio hominis, aut aliud damnum, illi tanquam indirectè volita imputabuntur. Quapropter etiam qui consulit, præcipit, auxiliatur ad patrandū homicidiū, ratum habet (nomine scio factū) non prohibet, aut impedit, dū tenetur ac potest, aut confirmat: verè ac propriè homicida, & irregularis efficitur, si reapse hominis occisio sequatur. *Iuxta Cap. 6. l. 5. Decret tit. 12. de homicidio voluntarie vel causali §. Clericos. Navar. c. 27. n. 51.* Porro homicidium ità voluntarium tam charitati, quàm iustitiæ

stitiæ contrarium iure civili capitis  
 pœnâ, canonico, excommunicati-  
 one non latæ, sed ferendæ sen-  
 tentiæ vindicatur (adeoque qui ho-  
 micidium patrauit in rixa non est  
 statim excludendus ab ingressu Ec-  
 clesiæ donec ab Ordinario excom-  
 municetur) nisi pœnitentiæ satisf-  
 actione diluatur, *iuxta Cap. Itaq;*  
*24. q. 3. quod idem ibidem de fal-*  
*sis testibus statuitur, vt nimirum*  
*nec homicidæ nec falsi testes ipso*  
*facto sint excommunicati, & irre-*  
*gularitatem adnexam habet, cui-*  
*us dispensatio quantumuis sit*  
*occulta, negatur Episcopis. in*  
*Conc. Trid. sess. 24. c. 5. & excipi-*  
*tur in omnibus priuilegiis. Aui-*  
*la p. 6. f. 2. dub. 1. de Irregulari-*  
*sate.*

II. Longè aliter sentiendum est  
 de duello, quod præterquàm iuri  
 naturali aduersetur, sub excom-  
 municatione ipso facto incurredâ,  
 & qui-

& quidem Papæ referuatâ, si fiat cum publica solemnitate, id est ex condicte, stato tempore, & loco cum patriniis, & chartulis pro-uocatoriis. *Ex Pio. IV.* Non autem incurritur excommunicatio Papæ referuata si sit priuatum. *Ex Gregorio XIII. qui excommunicationem Conc: Trid. sess. 29. c. 19. de re-fer: etiam ad priuatum duellum extendit cum perpetua infamia, priuatione Ecclesiasticæ Sepul-turæ, & proscriptione bono-rum, siue fiat duellum ad eruend- dam veritatem, vti peculiariter damnatur Cap. Monomachiam 2. q. 5. & Cap. 1. & 2. de purgatione vulgari: vel ad vindictam sumen- dam. Dicitur autem duellum quasi duorum bellum scilicet vni- us cum altero pugna, quamuis etiam plures dimicent. Hinc non quodlibet certamen inter duos, vel pares numero duellum nun- cupatur.*

cupatur, sed solum quod excon-  
dicto idest pacto inuicem inito,  
staturo loco, & tempore partes  
congrédi intur, sic etiam confli-  
ctus, qui ex subito irę feruore, vel  
repentina altercatione, oriuntur,  
duella neutiquam censentur.

III. Eâdem excommunicatio-  
nis poenâ feriuntur Domini tem-  
porales locum concedentes (eti-  
amsi Rex, Princeps sit) fautores,  
patrini, patroni consulentes, auxi-  
liantes, spectatores ex composito,  
etiamsi pugiles impediti pugnam  
non comiserint, dumodo ad desti-  
natũ locũ accesserint, & per ipsos  
non steterit, quò minus illi pug-  
nam infamẽ pugnarent. *Ex Const.*  
*Clementis. VIII. Illius vices & Gre-*  
*gorii XIII. isthæc tamen excom-*  
*municatio, siuè priuatum, siuè*  
*publicum duellum edatur, non*  
*est reseruata. Vide Scott. explican-*  
*tem has Const. & Conc. Trid. sess.*  
*24. c. 19.*

24. c. 19. de reform. Tan. t. 3. d. 2. q. 6. dub. 7. n. 90. S. V. Duellum, qui non improbant morem bellicum, quo iubentur duo milites de capitali facinore condemnati in seipsis poenam expetere. Nemo tamen propter ignominiam, quam fallō existimant ē duelli refutatione consequi, per se excusatur, apud prudentes enim honori vertitur recusasse tam scelestū certamen, & damnatum tam diuinis, quàm humanis legibus. Verum beno- tandum quod *Layman* l. 3. de *U- stitia & iure docet Constitutiones Gre- gorii XIII. motu proprio. Ad tollen- dam Clementis VII. Illius Vices. atq; Conc. Trid. decretum de pœnis, in Ger- mania aliisque septentrionalibus partibus, tūm q̄ od ignorentur, tūm quod in tanto rigore nun- quam vsu fuerint receptæ, amit- tere vim obligandi quoad Cen- suras.*

IV. Abor-

IV. Abortus seu sterilitatis procuratio.

*De Abortu infra. 3 p. c. 4.* procuratio fiat siuè per modicas potiones, siuè maleficium, modò scienter ad conceptum impediendum aliquid fumatur, & præbeatur, (qui dat aliquid mulieri, vt nequeat concipere, Homicidium (impropriè) patrare dicitur *Cap. 50. de Homicidio voluntario. lib. 5. Decret. lib. 12.*) vt sic tam adplicans quam usurpans Casum reseruatam incidat. Hoc solum nota, si abortus contingat in foetu animato, esse tunc homicidium verum, & reseruari, siuè maneat occultus, siuè veniat in propolationem populi.

V. Enormis parentum percussio, de honore parentibus (à quibus principium Vitæ deducimus, & quasi vna caro, & sanguis cum illis sumus) per amorem, reuerentiam internam & externam,

K obe

obedientiam, subuentionē, exhibendo, *vide Corneli in Deut. c. 5. v. 16* & *s. Th. Opus. 7. ubi docet, Post Deū iuberi statim coli Parentes, ob similitudinem, quā habent cum Deo. Ea propter in legem & diuinam & naturalem filius grauiter delinquit, si parentes extra euidentem necessitatem propriæ defensionis malitiosè percutit, in qua cuique de naturæ iure licet in quocunque vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vide Summam Rod. Tom. 1. c. 14. & Catech. Rom. p. 3. de præcepto 4.*

VI. Machinatio in mortē coniugis si mors sequatur.

Etsi marito in vxorem permittatur moderata verberatio & castigatio, præsertim & potissimum ob prauos, & impudicos mores, cum maritos conjugalis fidei amantes nihil perinde exasperet, quàm violari sui thori, vel veritas, vel

vel suspicio. At tamen acriter ob-  
iurgandi sunt viri illi, qui suas con-  
iuges instar mancipiorum, aut et-  
iam ex quacunque causa verbe-  
rant immodicè, non tantùm quod  
tales sint in periculoso statu, sed  
multò magis ob pericula prouen-  
tura dissensionis, auersionis, indi-  
gnationis, ex quibus machinatio  
in mortem coniugis plerumq; so-  
let nasci, quocunque tandem mo-  
do eueniat, per insidias, apertas  
agresiones, venenatum poculum  
&c. Colligitur ex Virculo, &  
amore Coniugum quem ad inui-  
cem eos habere oportet, iuxta  
doctrinam S. Pauli ad Eph 5 v. 25.

*Viri diligite uxores vestras.*



K 2 Caput



## Caput VIII.

De Periurio in iudicio  
facto.

## Synopsis.

- I. Bina Periurii acceptio.
- II. Gravitas Periurii.
- III. Periurium in iudicio.

I. Periurium latius acceptum denotat quæcunque incauta, & peruersa iuramenta [ A ] quæ est veritatem non tollunt, vt simpliciter periuria dici queant, tamen eam destruunt quasi in potentia, quod periculo, aliquem incaute iurare solitum, peierandi exponant. Præterea cum in Deo non tantum summa veritas reperitur, sed suprema dignitas, ac auctoritas, conuenientissimum est, & id quod

quod tali veritati repugnat, prohiberi, sed etiam quod ipsius dignitatem diminuit, adeòque cum per incauta iuramenta non tantum violetur Dei Veritas ad falsum firmandum cum periculo falsitatis, sed etiam Maiestas, quæ tam facilè ad vana, & leuia firmàda adplicatur, conuincitur periurii crimen, scilicet, Irreligiositatis sine vllò respectu ad falsitatem in vano iuramento posse committi. Strictius verò accipitur pro falso iuramento, seu pro mendacio iuramento firmato. [B]

[A] *Suar Tom. 2. de Relig t 3 e 2.*

[B] *Communis D D.*

II. Periurium intrinsecus ita malum est, vt nullo in casu valeat honestari, aduersatur enim præcepto naturali negatiuo secundo primæ tabulæ. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Ex cuius transgressione honoris

ac reuerentiæ Dei detrahatur, est-  
que de se peccatum mortale, & val-  
dè graue, quod semper obligat.  
*Communis DD vide Catech Rom p. 3 de*  
*2. precepto. c. 3. num. 15. & 16. Suar.*  
*cit. n. 3.*

III. Longè grauius est Periu-  
rium in Iudicio legitimo commis-  
sum, tam fori Ecclesiastici, quam  
Ciuilis, vbi ratione scandali, no-  
eumentis, peruerſionis iudicii in-  
sententia dicenda. E. C. Si Titius  
interrogatus, an matrimonium  
Caiaë, quam deperit, promiserit,  
falsum iurat, id est, se non promi-  
ſiſſe, dum contrarium ſcit, aut in  
alia causa ciuili dicit testimonium  
aduerſus veritatem, periurii cri-  
men reſeruatim committit. *Co-*  
*uarr. cit. n. 6. & fanè Reip. multum*  
*interest, vt periuria, ſi ſalua velint*  
*eſſe humana commercia, penitus*  
*extirpentur, nullum enim vincu-*  
*lum ad aſtringendam fidem ma-*  
*iores*

iores iureiurando arctius esse vo-  
luerunt, quin etiam maxima fuit  
apud omnes gentes iuramenti re-  
ligio, vt iure iuramentum censea-  
tur omnium Controuersiarum fi-  
nis. De pœnis Periuirii ab vtroque  
quâ Pontificio, qua Cæsareo iure,  
*vide Covarr. cit. num. 5. & 6. Less. l. 2. c.*

*q. 2. dub. 14. & infra plura de  
Periuurio in Regulari Iu-  
dicio.*



K 4 Caput

---

 Caput IX.

## De Falsificatione literarum, &amp; monetae.

## Synopsis.

- II. Quid sit falsificatio.
- III. Falsificatio monetae.

I. Falsificatio generatim considerata sub se comprehendit non tantum fabricationes falsarum litterarum, & supplicationum, sed etiam mutationes quascunque, rationes, correctiones, cancellationes, ut sensus alienus exprimat à mente, v. g. Pontificis, aut Episcopi. [A] Sic casum reseruatum incidit, qui litteras in re graui, mutatoque sensu, nomine, Episcopi Constantiensis, tanquam Ordinarii (non tanquam Principis

pis Imperii) aut eiusdem in Ecclesiasticis causis Curiaë, seu Officiarium expeditas falsificant [B]

[A] *Sayr l. 3. Thesauri c. 10. num. 10. vide Cap. Ad falsarium l. 5. Decret. tit. 20 [B] Statuta Synod. cit.*

II. Falsificatio monetæ illa censetur. I. quæ cuditur ab eo, qui non habet auctoritatem, auctoritas enim Reipublicæ vel Principis vires nummis tribuit. II. quæ ex adulterina materia fit, thaleri, v. g. è stanno, cupro, vitro, etiamsi ab iis cudatur, qui alioqui potestatem cudendi nummos habent. III. Si caret formâ à lege vel Principe statuta. IV. Si non legitimum pondus habet. Huiusmodi monetæ falsificatio est crimen lætæ Maiestatis, si nimirum iustum pondus, aut legitima auctoritas, materia, aut signum absit. *Vide Covarr. in fine Tom. 1. c. 8. de falsa moneta eiusq. pœna.*

K 5

Qui

Qui verò tondent exuberantem  
monetam, radunt, vel tingunt v-  
ti solent Iudæi, etsi falsarii non  
sunt, tamen graviter peccant  
cum onere restitutio-  
nis,



Pars

# Pars III.

## De Casibus Prælati Religionum re- seruatis.

**C**onsiderandum. Post Con-  
stitutionem Clementis 8.  
passim extantem Prælati  
Religionum reseruandi casus ita  
fuit restricta, vt non plures, nisi vel  
de consensu Capituli Generalis,  
vel Prouincialis, possent, tamen ex  
illis ipsis, qui subnectuntur, pro  
arbitrio, pauciores reseruare. Et  
sunt.

I. Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

II. Apostasia à Religione siue habitu di-  
missa. siue recento.

III. Nocturna, ac furtiva e Monasterio  
egressio, etiã nõ animo apostatãdi facta.

IV. Preg-

IV. Preg-



- IV. Proprietas contra votum Pauper-  
 tatis, qua fit P. M.  
 V. Iuramentum falsum in Iudicio Re-  
 gulari seu legitimo.  
 VI. Procuratio, auxilium, seu consi-  
 lium ad abortum faciendum etiam  
 effectus non subsequuto.  
 VII. Falsificatio manus, seu sigilla  
 Monasterii, Officialium seu Con-  
 ventus.  
 VIII. Furtum de rebus Monasterii, seu  
 Conventus, in ea quantitate qua  
 constituat P. M.  
 IX. Lapsus carnis voluntarius opere  
 consummatus.  
 X. Occisio, vulneratio, seu grauis per-  
 cussio cuiuscunq; personae.  
 XI. Maliciosum impedimentum, re-  
 tardatio aut apertio litterarum  
 Superioribus ad inferiores, & vice  
 versa; de quibus sigillatim.

Caput

Caput I.

De Veneficiis, Incantationibus, Sortilegiis.

Synopsis.

- I. *Acceptio Veneficii.*
- II. *Procuratio veneni.*
- III. *Maleficium.*
- IV. *Astrologia iudiciaria.*
- V. *Divinatio.*
- VI. *Sententia S. Thomae.*
- VII. *Usus carminum à Dæmone doctus.*
- VIII. *Questio de solutione maleficii.*
- IX. *Obligatio malefici.*
- X. *Diversitas sortilegiorum.*
- VI. *Sortes diuisoriae.*
- XII. *Sortes consultoriae.*
- XIII. *Quae officia sorti committenda.*
- I. *Et si Veneficium proprie signis.*

gnis.

gnificet Veneni procurationem, seu propinationem, hic tamen sumi potest, ac debet etiam pro eo Maleficio, quo quis ope Dæmonis alteri nocumētum adfert, seu priuando vitâ, seu moribū inferendo, aut quocunq; tandem modo officiat. Et cum hæc Maleficiorum noxa omnibus Christianis extreme veniat abominanda, vt plurimum tamen sanctitatem & perfectionem Religiosi status dedecet. *Vide Delrium. tom. 2. Disquisitionum Magicarum lib. 3. q. 1. fuse disputantem quibus & quot modis maleficium parare contingat. Et Cyprianum Lectione Patreni. 13.*

II. Ea propter incidunt casum reseruatam. 1. Religiosi, qui venenum procurant & propinant, etsi Veneficium careat omni labe Magiæ, neque mors, aut morbus, v. g. ob veneni imbecillitatem non sequatur, sed omnino  
suffi-

sufficit venenum poculo aut fer-  
culo commixtum, ac adplicatum  
fuisse 2. Qui usurpant opera magi-  
ca. ( vulgò. Maleficia nuncupari  
solita. ) [A] ad nocendum ope  
Dæmonis, quo cura tacitum, vel  
expressum inière pactum parata,  
aut reperta. 3. Vtentes operâ Ve-  
nifici. 4. Astrologi ex motu a-  
strorum libertatem [B] arbitriū  
metientes : aut ea pro certo e-  
uentura esse prænuntiant, quæ  
non causam necessariam, sed li-  
beram habent. 5. Chiromantici  
ex lineamentis manuum, vel  
spatulâ infectis futura prædi-  
cunt de bona aut mala fortuna  
animo nimirum firmiter creden-  
di dictis non ob curiositatem, aut  
irrisum. *Ex Constit. Sixti V. quæ  
incipit : Cæli & terra creator Deus.  
Scoria. Theorem. 65. & sequenti-  
bus.*

III. Maleficiū esse Magiæ species  
quo

quo aliquis ope Dæmonis alteri  
 damnum parat: si enim desit pa-  
 ctum cum Dæmone morbus ex  
 venenato, v. g. poculo pra bito se-  
 cutus, non minùs Maleficio quam  
 Homicidium ferro patratum, aut  
 latrocinium carebit. Efficiens cau-  
 sa nec est Deus permittens, neque  
 Dæmon perficiens, neque prava  
 denique Malefici consentientis &  
 cooperantis libera voluntas (ista  
 equidem in maleficio debent con-  
 currere) quod sine Dei permisso  
 nihil damni Dæmon queat infer-  
 re: Neque Dæmon conerit, id  
 quod à Deo permittitur, confice-  
 re, nisi maleficus in maleficio  
 consentiat, sed instrumenta, mate-  
 ria, v. g. puluerum, herbarum, fe-  
 stucarum, afflatus &c. quæ ad no-  
 cumentum concurrunt. *Delirio cit.*  
*q. 1. cum aliis.*

IV. Astrologia iudiciaria à li-  
 bero arbitrio effectus pendentes,  
 aut

aut casus fortuitos prædicens superstitionis arguitur, & omni iure prohibetur, ac tacito cum Dæmone fœdere nititur in diuinando: proinde vsus illius est lethalis, v. g. cum prædicatur conditio vitæ, sponsæ status, matrimonium cum opulenta contrahendum, mortis genus. Et sicut Astrologia naturaliter coniectans ex astrorum aspectu, v. g. natiuitatis punctum, temperamenta & propensiones hominis (manendo intra certæ coniecturæ limites) est licita, ita etiam Chiromantia, utpotè Physiognomiæ pars, quæ ad Philosophiam naturalem spectat, erit licita, quatenus ex corporis dispositione & membrorum habitudine & proportione probabiliter coniectari queat de animi affectibus, ingenio, corporis temperie, bona, aut mala valetudine. Physiognomia verò & Chiromantia Astrologica

gica

gica itidem omni iure damnatur: quippe multas vanitates continet, prædicendo nimirum ex aspectis humani corporis partibus prosperos, aut aduersos hominis euentus: quod nihil horum ex corporis dispositione pendeat. Sanchez. l. 2. Moral. c. 33. fusè.

V. Diuinationo coniuncta cum explicito Dæmonis pacto semper est mortalis, nec aliquem ignorantia excusare potest, quod res ipsa per se malitiam importet, etsi verò Diuinationo cum implicito pacto de se itidem mortalis sit, nec paruitas materiæ excuset, quod usurpatione cognitionis Deo reseruatæ ex se sit admodum grauis, tamen propter ignorantiam à mortali excusare potest (si nec affectata nimium nec adeò crassa est) diuinantem quod huius malitia non ita liquido pateat. *Idem est.*

VI. Optima est doctrina S.

TPB

Thomæ dicentis · si aliquod instrumentum, v. g. herba radix, puluis &c. assumatur, qui naturaliter possit effectum producere, aut prænuntiare, vt quandoque prudenter ex auium volatu, aliisque rusticorum obseruationibus contingit, tunc diuination seu curatio non est arguenda superstitionis: si non possit, liquidò arguitur superstitionis, quia v. g. herba, puluis, verba etiam Sacra, tunc non vt causa veluti ad talem effectum impropotionata, sed potius vti signum adplicantur, quod si non ipse diuinans, aut benedicens (abusiue) cum Dæmone pactio- nem icit, saltem parens aut abauia huiusmodi verba sub certis precibus, formulis, aut situ corporis à Dæmone proferre edocta, quæ posteris tradidit, fecit. 22 q. 96. a. 2. ad 3.

Nec obstat huiusmodi Diuina-  
tores



tores aut Curatores superstitiosos non intédere aut dicere se implorare opem Dæmonis, aut in eam confidere, quod satis sit ad tacitam invocationem hisce vanis ad cognitionem, aut curationem improprietatis vti, quæ vim humanam, aut vires verborum superant, & secretam Dæmonis opem arguuntur adnexam habere, quod utilitatem suam ista media ab interuentu & auxilio Dæmonis consequantur. *Suar. t. 3. de Religione. l. 2. de Superstitione. c. 9. num. 13. Sanchez. cit. c. 38. num. 4. cum aliis.*

VII. Incidunt in casum reservatum qui vsurpant verba aut carmina quædam autore Dæmone ad morbos gignendos, aut curandos, ludicra, vel terriculamenta cienda, composita: aut alias verborum formulas, quibus Dæmon invocatur aut cogitur ad compar-

ren-

rendum, aliquid significandum, v. g. furtum, furem, aut thesaurum absconditum, morbigenus, medicinam, aut à quo maleficium impositum, quibus mediis tollendū aut faciendum eiusdem operâ tacite, vel expressè rogatâ: nec non qui incantatoris operâ vtuntur, v. g. ad amatorium maleficium, quo quis in amorem, Venerisque furias protrahitur.

VIII. Quæres vtrum maleficium maleficio liceat solvere: Resp. I. Nunquam licere maleficium maleficio solvere, id est, damnum à maleficis illatum per superstitionis medium diuinationis dispellere, aut magica signa, ligaturas, nodos, volumina capillorum tollere, quamuis etiam ad id se paratum offerat diuinator, cum hoc sit intrinsecè malum, propter vsum magicæ artis promanantis ab expressa, vel tacita Dæmonis inuocatione

catione

catione ad effectum obrinendum, adeoque nulla ratione benè fieri potest, ergò nec petere, nec consentire maleficiatus debet, aut potest vt taliter soluat; licet tamen maleficum interrogare, an maleficium naturali, licitoque medio solui, aut tolli queat. Resp. 2. Cuique fas esse tollere & destruere signa magica absque maleficio, vbi inueniuntur etiam malefico: v. g. intercessit pactum cum Dæmone, vt quamdiu ligatura sub dimine defossa iaceat, tamdiu duret nocumentum, quâ ablata cesseret etiam infestatio: talem ligaturam tollendo maleficus, aut quisquis alius non peccabit, sed benè facit, quod per ablationem ligaturæ cotemnatur Dæmonis commercium & pactum destruat. Quapropter benè Scotus apud Lessum l. 2 c. 44 num. 36. Potest, inquit, quisque conuenire maleficum

cum

cum & rogare, pecuniâ ab illo extorquere, vt ligaturas, quas habet sepultas, suspensas, aut alibi asseruatas, inde dimoueat, quia illud maleficum facere virtus est.

IX. Resp. 3. Tàm maleficum, quàm alios obligari signum maleficii demonstrare, vt destruat: Ille ex iustitia, si damna intulit, hic ex charitate, adeòque maleficus cogi potest à Iudice, ad signum destruendum si queat naturali medio, & ad illata damna compensanda, Cuius etiã corpus benè abluitur crinesque abraduntur, nè illis latens pacti Dæmoniâci signum tormentorum sensum impediat.

Resp. 4. Si maleficatus probabiliter credat maleficum vsurum licito medio, aut dubitat, imò scit præ malitia malo, dum licito posset, vsurum, nihilominus in  
gravi

gravi necessitate maleficum consulere rogareq; licet, vt iuuet soluatque ligaturam &c. Quod naturali aut licito medio nequeat destrui vel prodesse, confugiendum ad preces, signum Crucis, res benedictas, Inuocationem SS. nominum Iesus & Maria &c. & patienter ferendum instar Iobi. *Vide Delr. l. 6. c. 2. q. 3. § 3. & Less. 20. de Iust. c. 44. dub. 5.*

X. Incidunt VII Qui sortilegia tam diuisoria & consultoria, quam diuinatoria adplicant: aut sortilegi operam implorant. *Iuxta S. Th. 2. 2. q. 95. a. 8.* Sortes proprie sunt cum aliquid eo fine agitur, vt eius considerato euentu aliquid efficiatur aut innotescat, & trifariam diuiduntur. 1. In Diuisorias; vt cognoscant sortientes quid cuique competat in electionibus controuersis. 2. In Consultorias: quibus diuina voluntas exquiritur, vt

pareat

pateat quid in aliquo negotio faciendum aut sit cauendum 3. In Diuinatorias : quando per eas inquiritur de futuris euentis v. g. ex tali taxillorum casu prosperitas, aut infælicitas.

XI. Diuiforiæ sortes , stando iuri naturæ, non sunt prohibitæ, imò in plerisq; rebus licitæ, si nimirum euentus à casu, vel ex peculiari Dei prouidentiâ expectetur : sic hæreditas per sortem diuisa, contractus & sponfionis & sortium ( dum partes inter se consentiunt, vt penes illum sit res, de qua litigatur, vel electio cui sortium casus fauerit) sortitio militum de inuadendo oppido, aut cum plures rei mortis existunt, & dux, vt clementiam cum disciplinæ rigore exerceat, illos castigare, aliis parcere cupit ob fælicitatem sortium: præterea tempore pestis, aut naufragii quis Sacerdotum in ciuitate

L

aut

aut à naui debeat eiici, est licita,  
& maximè ad dirimendas de re-  
bus ciuilibus lites.

XII. Consultoriæ regulariter  
sunt illicitæ, nisi in eo euentu, vt  
ad Deum cum reuerentia & bona  
spe sortes à Deo moderandas,  
confugiatur alioqui valde pericul-  
osum est, quod tacitè Dæmon  
se immiscere & homines possit  
decipere. Diuinatoriæ sunt illi-  
citæ & superstitiosæ, quod la-  
tentis veritatis manifestatio, vel  
consilii directio non à Deo sed  
Dæmone tacitè vel explicitè ex-  
petatur. Et damnantur *in Cap: Si  
quis Episcopus. & Cap. Sortes. 26. q.  
5. & in Motu proprio Sixtus 5. con-  
tra Astrologos* Solent etiam for-  
tium aliquæ dici speculatiuæ,  
quæ rei latentis cognitioni dun-  
taxat deseruiunt v. g. quis tri-  
umphaturus sit, aut Consul,  
Abbat

Abbas futurus : aliæ dicuntur  
 practicæ, cum diriguntur ad ali-  
 quid agendum, vt manifestatus  
 fur aut homicida queat puniri,  
 quæ præter superstitionis mali-  
 tiam continent insuper iniusti-  
 tiam, infamationem proximi  
 & iniustam punitionem, quod  
 v. g. non legitimè proberetur de-  
 lictum.

XIII. Collige. 1. Nulla of-  
 ficia etiam sæcularia regulariter  
 sorte distribuenda, sed confe-  
 renda maximè idoneis esse, quos  
 examen non cæca fors proba-  
 uit, nisi mittantur inter æqua-  
 les, aut æquè idoneos ferè. De  
 electione per sortes ad officium  
 aut beneficium Ecclesiasticum &  
 dignitatem prohibita constat ex Cap.  
*Ecclesia de sortilegiis sub finem* vbi in-  
 definite sortium vsus in electio-  
 nibus perpetua damnatur lege.

L 2

Sic



Sic cum duo æquali electorum numero ad beneficium aut dignitatem v. g. Prælaturæ, Decanatus sunt electi, non licebit electionē alterutrius sortibus terminare, nisi fortè permittatur vltus sortiū in aliqua Religione approbata ex speciali constitutione A. 2. Huiusmodi diuinationum, maleficiorum vsum non esse sub excommunicatione ipso facto incurrendā proscriptum, adeòq; in diuinatores, sortilegos, maleficos quā laicos quā Clericos non latam sed ferendam excommunicationem per se statui. [A] *Vide plura apud Less: l. 2. c. 43. de superstitione dub. 9. Sanch. cit. c. 38. cum aliis, & Statuta nostra Dist: 4. c. 5. de electione Abbatū.* [B] *ita probabilior apud Sanch. cit. n. 38. lege Suar to. 1. de Relig. l. 2. de Superstit. c. 19. ubi contrarium videtur propugnare.*

Caput

Caput II.

De Apostasia à Reli-  
gione, & furtiva Cano-  
bij egressione.

Synopsis.

- I. Apostasia quid sit?
- II. Apostasia reservata.
- III. Dimissio habitus.
- IV. Egressio sine licentia.
- V. Quenam egressio reservetur?
- VI. Requisitio fugitivorum.
- VII. Silentium defectuum.
- VIII. Furtiva nocturna egressio.
- IX. Egressio furtiva etiam Prelatis prohibetur.
- X. Egressio de die.

I. Apostasia à Religione est di-  
aut retrocessio ab eadem animo

L 3

non

non reuertendi ad institutum Religiosum. *Dominicus Bannes* 22. q. 12. a. 1. *Conclus. 1. refert ex S. Tho. 22. q. cit. triplicem Apostasiam* 1. A fide, de qua supra 2. Ab Obedientia, dum quis se rebellem exhibet Superiori contumacemque ad parendum 3. A Religione, cum Religiosus non rediturus ad Religionem septa Monasterii seu Conuentus egreditur.

II. Quicumque Religiosus sine sui Prælati licentia à Religione discedit nunquam rediturus, etiamsi habitum retineat, aut illum dimittendi animum non habeat, est Apostata & casum reseruatum [A] non tamen excommunicationem vllam iuris incidit [B]

[A] *Bannes cit. concl. 2. cum Caiet. Sylu. v. Apostasia §. 9. quod talis se obedientia subtrahat & votum Paupertatis (eo quod nolit dicitur*

lit dicitur

lit dispensare bona temporalia ad  
Praelati arbitrium) excutiat, sine  
quibus status Religiosus nequit  
consistere, adeoque tanquam apo-  
stata à Religione recedit [B] ut  
idem bene contra citatos docet  
quod nulla alia contra Apostatas  
extet de iure lata excommuni-  
catio, quam in Cap. ut pericu-  
losa. Nec Clerici vel Monachi in  
E. qua tantum eos Religiosos con-  
stringit, qui temerè habitum di-  
mittunt, nisi fortè ex priuatis  
Constitutionibus adiciatur ali-  
qua censura, sicut colligi videtur  
ex Statutis S. Ord: Præm: dist. 3.  
c. 10. de Apostatis, ubi tam Ca-  
nonici quam Conversi Apostata  
à reliquis tanquam excommuni-  
cati vitari & suscipi iubentur, si  
intra 40. dies redierint. Vide de  
his & similibus Monasticis Ex-  
communicationibus Iulium Nigro.  
in Reg. ib. commu. qua non priuant,

vti Ecclesiastica solent, internâ ullâ  
 communionem spirituali, sed tantum  
 externâ aliqua communionem v. g.  
 mensæ, conuictus colloqui.

III. Qui habitum temerè dimittunt [A] aut dolosè malitiosè que occultant [B] vel alium assumunt [C] vt occultata persona, vel non cognoscantur, cuius Religionis sint, vel liberè vagentur etiam animo redeundi ad Religionem, est excommunicatus: Non tamen Apostata [D].

[A] Ex cit. Cap. vt periculosa. Temeraria habitus dimissio ab arbitrio viri prudentis & consuetudine cuiusq; Religionis metienda vel scandalo & dimittentis intentione. [B] Occultatio equipollet dimissioni, quod signum formale dimittatur per quod Religio à Religione distinguitur nisi forte à circumstantibus, cuius Ordinis sit Religiosus facile cognoscatur. Permittit.

t. t. w.

titur quandoq, uti ex Cap. Deus  
 qui. De vita & honestate Clericorū  
 ad vitandum scandalum, vitæ peri-  
 culum, aliq, de causa rationa-  
 bili, ut intus solum & non ex-  
 trinsecus deseratur habitus. Sayr.  
 cit. c. 33. n. 9. quæ omnia in Con-  
 fessione necessario exprimenda [C]  
 Bannes cit. dub. 2. Concl. 2. [D]  
 quod habeat animum redeundi seu  
 repetendi Religionem. Etsi aliqui  
 doceant sufficere ad Apostasiā per  
 2. v. g. annos deserto habitu Reli-  
 gionis etiam manente redeundi  
 Sententia, in seculo vivere.

IV. Etsi Religiosus Monasterio  
 absque licentia excedens habitu  
 retento temerè & animo vagandi,  
 rediturus tamen, peccet morta-  
 liter aduersus obedientiā sui præ-  
 lati, quam solemniter vouit, quæ  
 est res grauissima in Religione,  
 non tamèn efficitur apostata aut  
 excommunicatus. Ban. cit. concl.

L. 5

§. Huius-

5. Huiusmodi enim clancularius recessus plerumque grauiter à Superiore v. g. Vicario Prouinciae castigatur, tametsi fiat propter austeritatem aut vim illatam, quod ex eo magna turbatio & inter Religiosos graue scandalum sequatur. Et suffragatur *Conc. Trid. sess. 25. c. 4.* Prohibitio ne Regulares à suis Conuentibus etiam prætenu ad Superiores suos accedendi: Qui verò sine mandato in scriptis obtento fuerint reperti ab Ordinariis locorum ( Visitatoribus, Vicariis ) tanquam desertores sui instituti puniantur; quapropter non licet Religioso v. g. ad Prouincialem Vicarium sine Prelati proprii facultate confugere, nisi forte iniquissimè denegetur. *Quaratione Canonibus Paemonstratensis male à suo Prelato tractatus ad Superiores*

periores queas appellare habetur dist. 4. c. 18. de Appellationibus, & vide Sayr. clavi Regia lib. 12. Cap. XVII. n. 37. sum. Nau Consil. 3o de sententia & re indicata. Roderico 1. 1. q. 29. a. 2. fusc profectentem quomodo citra excommunicationis lata sententia & Papa reservata, quam Gregorius 13. in Const. Quoniam nostro pastoralis: imposuit Minoribus ad Tribunalia secularia appellandis, & ad ea temere confugientibus, Regulares iniuste gravati qua ad immediatos Superiores, qua ad Sum. Pontificem seu Ordinis Protectorem aut saltem per modum simplicis querelae possint recurrere.

V. Etiam si Religiosus deliberato animo apostatandi habitum abiciat & saecularem inducat



indutus accingat se ad iter omnia  
 tentet vt egredi septa Monasterii  
 possit, & de facto nõ egreditur, vel  
 quia pænitudine ductus volunta-  
 tem mutauit, vel à vigiliis impedi-  
 tus aut quocunque tandem modo  
 passus fuerit remorã aut vim, sim-  
 pliciter non est apostata nec cri-  
 men reseruatum commisit. *Suar. t.*  
*4. de Virtute & statu Religionis l. 2. c.*  
*18. n. 4.* quod non consummarit  
 actum sub reseruacione à Clemen-  
 te 8. prohibitum, idest egressio-  
 nem extra septa Monasterii sine  
 qua vel non fuit perfecta iniuria  
 Religioni illata, ita vt non verge-  
 ret in eiusdem infamiam vel certè  
 ante huiusmodi egressionem non  
 fuit consummata apostasia, licet  
 grauitè peccarit.

VI. Collige 1. Eiectos & præci-  
 puè fugitiuos teneri ad reditum  
 maxime si à suis superioribus  
 requirantur, *inxta, Cap. ult. nõ*  
*Religiosi.*

*Religiosi, de Regularibus & tran-*  
*seuntibus ad Religionem: in quo*  
*præcipitur Abbatibus secundum*  
*Conc: Lateranense sub Innocentio 3.*  
*c. 2. fugitivos & eictos de ordine*  
*annuatim sollicitè (nisi aliam*  
*Religionem eictus acceptarit)*  
*requirere, & reuerti contem-*  
*nentes excommunicatione feri-*  
*re, & vti excommunicatos à Præ-*  
*latis Ecclesiarum denunciari, cu-*  
*rare 2. Posse Religiosum ob gra-*  
*ues causas à Religione expelli,*  
*iuxta Regulam S. P: N. Augustini*  
*& S. Benedicti c. 28. & c. Rescan-*  
*da 24. q. 3. & dist. 3. c. 12. de*  
*grauissima culpa statutorum no-*  
*strorum: cuius ratio est, quod*  
*satius sit perire vnum, quàm*  
*vnitatem, & perquam mole-*  
*stum foret Cænobiis huiusmodi*  
*incorrigibiles perpetuò carceri*  
*mancipatos alere, quandoque*  
*etiam infecurum propter im-*  
*por-*

portunitatem verbi gratia amicorum &c.

VII. Collige 3. Nouitium in solemnibus votorum nuncupatione de impedimentis occultis legitimè interrogatum, si quod graue malitiosè subticuit, aut dolosè, posse à Religione expelli ob irritam Professionem. Dolus enim cum nemini fauere debeat, & Nouitius dolosè ad Professionem suscipiatur, eum Cœnobium vtputa deceptum retinere non constringitur. *Vide stat. dist. 1. c. 15. de Nouitiis 4.* Interdictum esse Prælati Religionum aliisque Regularibus, recipere ad hospitium, etiam ad modicum tempus Regulares ignotos sine patentibus litteris, siue ex eadem Prouincia veniant, siue ex diuersâ, & tam proprii quàm alieni Ordinis; alioqui recipi-  
entes

entes incurrunt pœnas priuationis vocis actiuæ & pœsuiuæ, officiorum & inhabilitatis perpetuæ. Nec istorum vagantium excusationes sunt audiendæ, nimirum non potuisse prædictas patentes obtinere, quod propter grauamina illata ad Sedem Apostolicam, aut alios Superiores confugiant, nisi aliquorum testimonio fide digno constet de petita licentia & per Superiores denegata. Nec denique causa audienda priusquam se stiterint Congregationi super Regulares vel Protectori Ordinis. *Sixtus 5. in Const: De omnibus & Declarat. Ad Romanum à S. 9. Scertis Theorem: 3.*

VIII. Quæcunque furtiua [A] idest, occulta & nocturna extra septa Monasterii egressio, siue

siuè cum, siuè sine habitu, si letha-  
liter illicita sit [B] & neuiquam  
necessaria, fiatque inuito aut in-  
scio Superiore, aut sine legitimo  
eiusdem consensu: est casus re-  
seruatus. *Suar. cit. n. 5. Cypr. lect.  
paren. 13. ad c. 7. Regula S. Fran-  
cisci. fol. 610. & 62.* [A] Intellige  
quæ fiat in scio Superiore, & si aliis de  
Conuentu non sit incognita, quod vel  
nequiter conuincant, aut impedire ne-  
queant, vel quod in ipso delicto par-  
ticipent, siuè fiat per ordinariam por-  
tam, siuè non [B] nisi probetur per  
duos, aut tres testes fuisse iustam. A-  
lioqui egressus debet esse lethalis aut  
excessus grauis ratione scandali, finis,  
operis.

**I X.** Omnibus tam Prælatiis,  
Prioribus, Officialibus quàm Re-  
ligiosis Conuentualibus egres-  
sus nocturna, ac nocturna sub re-  
seruatione interdicitur, si ni-  
mirum fiat sine arbitris, causâ  
iustâ.

iustâ, aut propter finem mortife-  
rum, etiamsi criminis complices  
aut alios confocios secum habe-  
ant [A] præterea Religioso cuique  
consentiente iniquè Prælato [B]

[A] *Etsi Prælati non habeat præ-  
sentem Superiorem, nihilominus  
isthæc egressio occulta arguitur,  
quod fiat inuitis, vel Regulâ, Visitatore,  
Generali vel etiam inuito Papâ [B] quod  
huiusmodi licentia cum contra officium  
Prælati, Dei & Religionis honorem pug-  
net sit iniusta & nullius efficacia.*

X. Egressio de die facta, aut diei  
crepusculo, licet furtiua sit & le-  
thaliter mala, non reseruatur: si-  
cuti enim egressio nocturna nisi  
sit furtiua, sic etiam egressio fur-  
tiua, nisi sit nocturna non re-  
seruatur. *Suar cit. n. 6. ad  
mentem Pontificis.*

Caput

## Caput III.

De Proprietate & furto  
Religiosi constituenta  
P. M. reserua-  
tum.

## Synopsis.

- I. Obligatio voti Paupertatis.
- II. Privatio rerum in Religiosa.
- III. Collatio rerum externis facta.
- IV. Retentio pecuniarum.
- V. Quæstio de licentia interpretativa.
- VI. Licentia negatio de rebus retinendis.
- VII. Consensus tacitus.
- VIII. Abdicatio rerum.
- IX. Furta esculentorum.
- X. Esculentorum restitutio.
- XI. Prohibitio donationum.
- XII. Limitatio Bullæ Clementis 8.
- XIII. Quæstio

XII. *Questio de furti quantitate.*

XIII. *Variatio opinionum.*

XIIII. *Quantitas furti reservati.*

I. Per Paupertatis votum ad-  
mitur Religioso 1. ius habendi,  
vsurpandi aliquid tanquàm pro-  
rium, idest, affectu retinendi iure  
suo, seù independenter à volunta-  
te Superioris [A] 2. Ne in victu, ve-  
stitu, ac reliquo vitæ vsu superflua  
habeat, aut adeò pretiosa seu-  
splendida, quæ mediocritatem  
Religiosam notabiliter excedunt.

[A] *Est certa apud omnes cum S. Th.*

*q. 186. a. 3. & constat ex Cap.  
Cum ad Monasterium. De statu  
Monachorum, in quo sub obtesta-  
tione iudicii diuini, & priuatione  
sepultura Ecclesiastica inhibetur,  
nè quis Monachorū aliquo modo pro-  
priū possideat, & si quicquā Reli-  
gioso detur, illud Abbati aut Priori  
assignet [B] Clement. de Mona-  
chorum & Canonicoꝝ Regulariū  
statu.*



*statu. Naw. in Cap. Non dicatis  
n. 221. Less : l. 2. c. 41. de sta-  
tu Religioso dub. 9. Si tamen  
Religiosus paratus sit illa omnia  
ad arbitrium Superioris relin-  
quere, non censetur Proprieta-  
rius.*

II.3. Quāpropter Religiosus de-  
bet esse paratus ad nutum Supe-  
rioris sui exui possessione & usu  
rerum quas habet omni momen-  
to [A] 4. Cauere ne aliquid det  
aut alienet nisi de licentia Supe-  
rioris 5. Adtendere vt res à Supe-  
riore commissas, non pro libi-  
tu, sed solum ex præcepto & vo-  
luntate Superioris distribuatur ac  
dispenset 6. Ne quicquam sine  
facultate eiusdem alteri det mutuo  
ex iis quæ illi ad usum concedun-  
tur [C].

[A] [B] iuxta cit. Cap. Cum ad  
Monasterium. Alioqui efficeretur

tur Proprietarius et cum secus fa-  
ceret, irritum foret: Hinc v. g.  
Oeconomus, Prouisor &c. non po-  
test alia dare vel maiorem eleemo-  
synam, nec plura, vel pauciora nec  
minora aut deteriora quam nouerit  
uoluisse Superiore, et si in distribu-  
tione à mente Superioris aberrat,  
proprietatem committit, quod ita  
distribueret ac si esset dominus,  
et à Superioris præcepto indepen-  
dens [C] quia Religiosus non est  
usufructuarius, sed solum v-  
suarius, habens nudum usum  
quamdiu Superiori videbitur, cui  
de iure non competit alteri rei  
usum concedere, nisi in rebus  
paruis, et crebro occurrenti-  
bus, tunc enim præsumitur vel  
Generalis vel saltem ad breue  
tempus, permissa facultas

III. Prohibetur 7. Religiosis  
ab externis quicquam acci-  
pere-

pere sine consensu tacito vel expresse [A] Superioris 8. Nec ex iis aliquid quæ ad Monasterium spectant, sine eiusdem consensu potest usurpare, siue sint esculentia, siue poculenta, libri aliaque utensilia [B] 9. Aut aliquid abscondere vt liberæ Superioris dispositioni subducatur [C] 10. Eam operam nauare tenetur [D] vt res sibi concessas non destruat, caueatque culpam latam in rebus permissis conseruandis quam vsurius tenetur, qui re precario vitur.

[A] iuxta cit. Cap. Cum ad Monasterium 5. Si quidquam alicui, & Reg. S. P. N. Augustini. delitteris aliisque non accipiendis c. 14. & c. 18. de rebus donatis [B] alioqui vsurparet tanquam Proprietarius [C] iuxta Cap. Super quodam. Et cap. Cum ad Monasterium cit. & communi-  
ter

ser proprium dici amat quicquid  
 celatur Prælatum, vel contra eius  
 voluntatem occupatur. Vbi vel  
 deferre clauem non est argumen-  
 tum proprietatis, vbi iuxta Re-  
 gulam & adprobatam in Religione  
 consuetudinem vsurpetur tanquam  
 instrumentum custodia [D] Si res  
 v. g. vestes libri dolose deteriores  
 redduntur aut amittuntur per ne-  
 gligentiam Religiosi, peccat contra ius-  
 titiam, adeoque contra obligationem voti.

IV. Prohibetur II. pecunias &  
 id genus alia quæ cum Superioris  
 facultate retinet, in res illicitas, va-  
 nas seu notabiliter superfluas [A]  
 etiamsi id Religioso permitteretur  
 à Superiore [B] expendere.

[A] Less. cit. S. Nono non potest.  
 San. t. 3. d. 6. q. 3. dub. 4. n. 101.  
 ex Clement. 1. de Statu Mona-  
 chorum. Canones equidem &  
 iura Religioso non nisi ad res ne-  
 cessarias, utiles, honestas, con-  
 ceduntur

ceduntur

cedunt administrationem, & prohibent ad vanas & illicitas v. g. ad notabilem habitum [B] quod ipse Superior aliam non habeat administrationis rerum Monasterii facultatem concedendi, quam iura permittunt & praescribunt. Sic peccat Religiosus pecunias expendendo in turpia, sumptuosa convivia, equos generosos, in vanas picturas, vide cit. Clement. & Acta Provincialis Capituli Praemonstrat. Abbatum de Anno 1613. ubi in hanc materiam plura solide tractantur §. de Voto Paupertatis. Bona enim Religionis cum sint communia omnibus, non stat penes Superiorem illa ad particularem usum vel possessionem pro libitu destinare, sed prout quisque opus habet, distribuere iuxta Acto: 4. Concil. Trid sess 25 c. 2. de Regularibus,

V. Quares.

V. Quæres. I. Vtrum licentia solum expressa, an etiam interpretatiua excuset Religiosum, v. g. librum, pretiosas imagines ab externis accipientem aut retinentem à vitio proprietatis? Resp. 1. certum esse requiri tunc expressam licentiam si ea commodè peti possit, & vi Regulæ in omni rei acceptance vel elargitione exigatur, longeque securius cum liquida facultate Superioris aliquid accipere vel retinere, vt congruentior Regularum ordo, ac processus obseruetur. Resp. 2. absente vel occupato Superiore cum commoditas petendi consensum desit, aut pudor, respectus humanus deterreat, sufficere interpretatiuum, & sine periculo proprietatis donum accipi posse, si probabiliter credatur Superiorem non fuisse denegaturum, vel ægrè ferre, dummodo oblata occasione velit illud o-

M sten.

stendere. Ita vt non tantum materia leuitas, sed consensus etiam tacitus Superioris in rem acceptam retentam vel distractam, tamen forte modum accipiendi vel distractendi aegro animo pariat, à mortali peccato & vitio proprietatis excuset, aut res aliò qui pretiosa còfestim Prouisorum tradatur, vel Prælato, vt acceptio ratam, si res adhuc integra extet, habere vel improbare queat. Et facilius consensus Superioris præsumitur in accipiendo, aut acquirèdo Cœnobio quàm in elargiendo, etiam per modum eleemosynæ. *Suar. cit. cap. 11. n. 9. & 10 Less. cit. n. 79.*

VIII. Collige primo, Religiosum per votum paupertatis à se abdicare cuiusvis rei temporalis dominium, vt nullatenus possit peculium (quo aliquis vtitur, possidet, defendit iure domini tanquam proprium independenter) habere

habere irreuocabile, & vel peccatū mortale vel veniale, pro graui aut leui violatione voti, atque augeri malitiā per diurnā detentionē.  
2. Religiosum beneficiarium posse fructus sui beneficii, quod extra ordinē, vel Monasteriū curat, in suā sustentationē, & alios honestos usus insumere, etiā absque licentia Superioris, cum sit administrator fructuum ex tali beneficio prouenientium, qui non ad Monasteriū, sed beneficiū pertinēt, dummodò priuatis sanctionibus non impediat, quas optimas nostri Curatores, à Vigilantissimo Abbate nostro accepere, quibus suorum fructuū administrationē accommodare obligantur; videantur & cir. Capituli Provincialis § de voto Paupertatis, & Statut. de Pastoribus decreta. dist. 2 Cap. 23.

IX. Quemadmodū furtā esculentorū, poculentorum à famulis,

M 2

flio



filio familias, vxore sanguine iunctis, ita à Religioso commissa, etsi sensim augeantur ad quantitatem notabilem non sunt lethifera, si ab ipsis accipientibus consummuntur, talia enim per se accipi non displicet dominis, quod partim sciant, partim indulgeant, & rogati facile concederent, vt potius illis accipiendi (aut retinendi contra Regulam, seu obedientiam) modus, quam ipsa secundum substantiam acceptio, seu consumptio esculentorum displiceat. *Less citat. num. 48. Sa. V. Furtum. 3. cum Nau. 2. XVII n. 138.* ait non esse mortale clam ab eo accipere, qui daret si peteretur, etsi clam accipi nolit, nec oportet restituere.

X. Quod si Religiosus (idem fermè de famulis, filio, vxore &c.) esculenta & poculenta ablata cum dispendio Regularis disciplinae, v. g. pro computationibus interditi-  
tis

ctis locaret, venderet, dono daret, aut aliâs liberaliter distraheret invito prorsus Prælato, utpotè de cuius consensu etiam interpretatio nihil præsumi potest, committeret verum furtum, vel mortale, vel veniale, pro rei ablatae qualitate cum ðnere restituendi, & tunc maximè si reliqui Religiosi, aut Communitas damnum patiuntur quantumvis respectu singulorum sit parvum, dummodò in se & respectu Communitatis teneat notabilem quantitatem. *sa. cit. ubi eam quantitatem furti facit mortalem, quæ Domino rei notabile damnum inferre potest. Liberalis donatio vetatur Religiosis in Cap. Nulli liceat. & Cap. Si quis. de rebus Ecclesie non alienandis, & Cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum. Vide Ioannem de la Cruce. de statu Religioso, l. 1. c. 3. in voto Paupertatis.*

**XI. Collige.** 1. non facilè posse

M 3

Reli-

Religiosos (idem ferme & proportionaliter de donationibus liberalibus, id est dationibus, *iuxta S. Th. cit à Io. de la Cruz. in 1. dist. 13. q. 1. 4. 2.* irredibilibus compensatione non intendentibus) sæcularibus, parētibus, amicis, opificibus, ut ad negotia priuata paratiores sentiant, de fructibus horti, de vestibus Communitatis, de reliquiis panis, vini, carnis, de libris, et si officiales sint propriâ autoritate, aut inuitis Superioribus facere largitiones, aut sine violatione voti continuare: sicuti n. in sæcularibus per minuta fuit repetita tandē notabile damnū efficitur, ita & in Religiosis, si v. g. hodie frustillū panis, per diē carnis, alterâ hebdomade quartale vini largirētur, breui diei aut mensiū interuallo notabili damnū Communitati infereretur.

XII. Collige. 2. Constitutionē Clementis VIII, Religiosæ Congreg.

gregationes, quâ quæcunq; largi-  
tio seu donatio munerû, nisi fortè  
de rebus minimis & licentiâ ex-  
pressâ in scriptis obtenta penitus  
Religiosis vtriusq; sex<sup>9</sup> prohibe-  
tur, adiectâ poenâ, vt transgressores  
ipso iure omni dignitate & officio  
sint priuati, & ad eadē inhabiles,  
& perpetuū infames, non esse usu  
receptâ, teste *Tann. cit. d. 6 q. 3 dub. 4.*  
*n. 107.* nisi in iis quæ consuetudo,  
seu potius corruptela contra me-  
diocritatē Religiosâ inuexerat, &  
iure sublata fuere, quâ refert *Azor. t.*  
*2. Instit. moral. l. 2 q. 5 & explicat Io de*  
*la Cruce. cit. 3.* Religiosum nō posse  
etiâ cum consensu Superioris ha-  
bere certam pecuniæ summam in  
singulos annos aut mēses, vt quod  
ex frugilitate suppetat pro arbi-  
trio, id est, independenter à vo-  
luntate Superioris dispenses etiâ  
in pios vsus: Nec Moniales, si  
quos à parentibus census ad vitam

necessarios acquisuere, apud se retinere, sed Officialibus committere debere, iuxta Concil. Trid. Sess. 15. c. 1. de Regularibus. Collige 4. Non solum præcisè furtum, sed potiori de iure Sacrilegium, rapinam, latrocinium, & quamlibet invito Prælato, prouiso, Vsuuario Religioso possessionem, usurpationem, detentionem, usum rei ad Monasterium pertinentis, aut vsui alicuius Religiosi deputatæ & constituentis notabilem quantitatem in Religioso peccatum mortale reseruatam efficere.

XIII. Quæres. 2. quænam quantitas, tam ad furtum, quam ad proprietatem reseruatam constituendam requiratur? Resp. 1. *Tann. cit. d. 4. de Iustitia. q. 8. dub. 6. num. 111.* duplicem esse quantitatem notabilem, aliam absolutam, quæ in ordine ad quamlibet personam constituit peccatum mortale:

tale: aliam respectiuam, quæ ex personæ ac ipsius rei ablatae conditionibus, ac circumstantiis, damni, incommodi, per accidens consequentis est diiudicanda: Accedit quod copia ac valor rerum pecuniæ non sit idem apud omnes, quin sæpe in iisdem locis variatur, sicut hodieque passim minor est copia pecuniæ & impar valor respectu mercium, quàm olim, ut proinde non eadem semper quantitas sufficiat ad mortale, quare valdè incertum esse asserit, quænam determinatè sit illa quantitas notabilis. Cui ad stipulatur *sa. v. Furtum*, qui quantitatem furti mortalis prudentis viri arbitrio statuendam relinquit.

XIV. Resp. 2. *Less. l. 2. c. 12. dub. 6.* ad lethalem quantitatem sufficere regalem vnum vel duos, etiam prædiuiti auferre id est, nostrates bazios quatuor vel quinque,

M 5 licet.

licet minor etiã quantitas in pau-  
 pere læso læthale furtũ efficiat. R.  
 3. valdè probabiliter *Laymã. l. 3. de*  
*iure, sect. 5. tr 3 p. 1. c. 2. n. 3.* eam quã-  
 titatem furti mortiferã censi, ex  
 qua læsus posset in diẽ viuere, v.g.  
 mercatori opulẽtoꝝ. vel 3. fl. nostra-  
 tes furari, à ciue mediocri medium  
 florenũ aut 10. bazios, à mendico  
 baziũ, pauculos nummos, quibus  
 vno die vtcunq; victitasset. Resp.  
 4. *Filliut. tr. 31 de Iustitia & iure. c. 10.*  
*n. 239.* absolutè ad furtũ lethale va-  
 lorem vnus aurei, id est, nostrarẽ  
 talerũ aut coronatũ sufficere. Hęc  
 sententia est conformis Iurisperi-  
 tis, docentibus inter extrema me-  
 diã viã incedendũ, quin etiã atten-  
 tis circũstãtis, oneribus Principũ,  
 ac Regũ talerus, siue aureus, vipo-  
 te militi pro stipendio ad plures  
 dies sufficiens notabilis sumã re-  
 putatur, siuè enim spectetur ipsa  
 magnitudo & quãtitas rei furtiue  
 ablatæ,

ablatae, quâ dânu prædiuiti fuerit  
illatû, siue inuoluntariû, quoad ipsâ  
rei substantiâ in eo qui leçitur, siue *scdm*  
vulgare persuasionē, iactura aurei  
grauiter fertur, vt meritò tanquam  
falsa & periculosa quorundâ sen-  
tentia eleuetur, qui docet nec cen-  
tum aureos in furto ex natura rei  
constituere mortale peccatum.

XV. Resp. 5 proportionaliter  
discurrendû esse circa proprietatē  
& furtû lethale in Religioso, atq;  
in praxi determinatâ quâtitatem,  
quæ reservationē importet, potis-  
simû desumi debere partim ab ipsi<sup>o</sup>  
materie ablate valore, aut sine licē-  
tia acceptę, retetę, vel erogate, par-  
tim à damno Cômunitati illato, si  
quidē contingit Cômunitatē, v. g.  
Religiosorum aliâ opulentiorē  
esse, & consequenter damnium in-  
æquale ex pari furto sequi. Valdè  
probabile est Religiosum, si rem  
talero, aut aureo aestimabilem  
*siue*



sine licentia acciperet, retineret, furaretur, in proprietatem & futurum reservatum incidere Hoc tamen semper observari debet, ne vel per nimiam lenitatem aut relaxationem paupertatis vorum contentim habeatur, vel per multiplicationem culparum fragilitas hominum periculis exponatur, ut maior semper debeat esse in superiore vel Confessario propensio ad lenitatem quam ad rigorem: Religioni enim valde contrarium est multiplicare pericula. *Suar cit. c. 11 n. 40. & vide fusè ac disertè cap.*

4. hac de re docentem, in *Optica Regularium Servantium de Lair-  
uelz à Speculo 41.*



Caput

Caput IV.

*De Abortu, Occisione,  
Vulneratione & gravi  
percussione.*

Synopsis.

- I. Abortus est eiectio foetus imma-  
turi.*
- II. Animatio foetus.*
- III. Procuratio abortus.*
- IV. Moderatio Sixtinae.*
- V. Occisio, mutilatio, percussio.*

*I. Abortus est eiectio foetus  
immaturo, sic nuncupari solitus,  
quod foetus tempore ortus non  
sit: qui si fuerit animatus, & eici-  
tur deliberatò & malitiosè per  
vim. v.g. aut potionem medicam,  
venæ sectionem, aliamq; causam,*

*&*

*A.*

& quisquis auxilium, seu consiliū abortui subministrat [A] homicidū patrat. Sin verò foetus nondū animatus eiicitur, licet non committatur homicidium (quod examinari nequeat quod nunquam habuit animā) graue tamē peccatū cōmittitur, cum impeditur hominis futura vita, & homicidii festinatio est prohibere nasci.

[A] *Iuxta cap. Quod verò 32. q. 2. & cap. Aliquando. Nec refert quis eripiat animam, an disturbet nascentem, homo est qui futurus est: nam fructus in semine est.*

II. Animari solet foetus cōmunitē si mas sit, circa diem 40. foemella circa 80. [A] Etsi propter cōplexionē parentum sæpè varietur animationis tempus, debile quippe semen longius protrahit animationem, quod nimirum remissius ad membrorum formationem cōcurrat: Et è cōtra fortius, etius

CON- B.

cōtrahit tempus formationis, ad-  
coq; etiã animationis, cum fœtus  
non nisi formatus animetur. [B]

[A] *Communis Theologorum cum A-*  
*ristotele. l. VII de Animalib. c. 3. exce-*  
*pto quod semellam circa 90. primum*  
*diem moveri seu animari tradat. In*  
*dubio præsumitur fuisse marem. Tan-*  
*d. 4. de iustitia. q. 8. dub. 4. n. 59. qui*  
*sum Aristot. cir. loco addit, nihil in*  
*hac re certi statui posse, ac proinde in*  
*praxi eligendam esse tutiorem par-*  
*tem, si dubium incidat. [B] Ioanv.*  
*Bapt. Scortia in selectas Constitut.*  
*Theorem. 376. ex SS. Hieronymo &*  
*Augustino.*

III. Procurantes, scienter aut  
consilium, fauorem, auxiliũ, præ-  
stantes ad creãdum abortũ, v. g. vt  
occultetur patris aut matris pecca-  
tũ nè infametur, etiã fœtus mani-  
mati Sixtus V. declarat incurr. se  
Irregularitatẽ & excõmunicatio-  
nẽ soli Papæ reservatã, & Clericos  
ipso  
c

ipso facto præter irregularitatem  
 omni priuilegio clericalis officii  
 & beneficii Ecclesiastici priuari,  
 etiam si delictum fuerit occultum,  
 atque degradatos posse foro læ-  
 culari tradi sententiâ capitali pu-  
 niendos. Iisdem pœnis puniri  
 mandat, tam eos qui sterilitatis  
 potiones, aut venena propinaue-  
 rint, procurauerint, quàm mulie-  
 res adplicantes, nè foetum conci-  
 piant. *In Const. edita Anno 1588. Ef-  
 frenatam, quam explicat. cit. Scottis.*  
 Excipe eos qui virum redderent  
 sterilem, cum mentio duntaxat  
 fiat de prægnantibus mulieribus,  
 & pœnæ non sint extendendæ ex-  
 tra casum.

IV. Post moderationem Sixti-  
 næ Constitutionis aliquæ pœnæ  
 [A]procurantium abortum foetus  
 inanimati, aut præbentium mu-  
 lieribus, aut mulierum sumentiu  
 venena sterilitatis, vel quocunq;

TAR-

tandem modo consilium vel auxilium præstantium reducuntur ad terminos iuris communis [ B ] & dispositionem Concilii Trid. [ C ] Hinc siue laicus siue clericus abortum foetus inanimati procurans, aut prægnantem malitiosè abortiri faciens, non incurrit excommunicationem aut irregularitatem de iure communi: Neque venenatum aut medicatum poculum mulieri, vel viro propinans, quo facultas generandi impeditur: Præterea excommunicatio & irregularitas ex abortu foetus inanimati poenitus tollitur. Neque excommunicatio ex abortu foetus animati amplius reseruat Papæ, sed quilibet approbatus ab ea absolueret potest.

[ A ] *Gregorius XIV. in Const. Sedes Apostolica, ut nec irregularitas, nec excommunicatio incurratur à procurantibus abortum,*  
*nisi*

nisi fœtus fuerit animatus. [B] Cap. Sicut ex litterarum. de homicidio, in quo reatus homicidii ex procurato abortu, adeoq̄ irregularitas contrahitur, quando fœtus fuit animatus. c. sess. 14. Cap. 7 iuncta declaratione. D. iuxta Constit. Gregorii XIV. ubi quoad pœnas procurantium fœtus animati abortum & homicidium conceditur, ut quilibet Presbyter ad fidelium Confessiones excipiendas deputatus possit ab excommunicatione & peccato abortus in foro conscientia absolueret. Prælati tamen Regulares vi privilegiorum possunt subditos de reatu abortus convictos in foro exteriori solvere. Rod. t. 2. q. 35. a 4. §. circa quam. de dispensatione vero irregularitatis ex abortu fœtus animati contractæ, vide cit. Concil. Trident. quod eam seuerè prohibet. Atq̄ ita Religiosus malitiosè procurans abortum fœtus animati seu consiliū, auxilium præbens præter excom-  
muni-

municationem, irregularitatem, incidit in casum reservatum, à quo ab eo tantum absolvi potest, qui specialiter à Religionis Antistite cum potestate deputatur, ut infra patebit.

V. Religiosus iniuriosè occidens, mutilans, vulnerans, percussiens grauitèr quamcunq; personam, siuè sit sæcularis siuè Regularis vel Ecclesiastica, incidit in casum reservatum [A] etsi Clericum lethali percussione lædat, etiam excommunicatur [B] non tamen excommunicatio hæc in Religioso Papæ, sed Prælato reservatur: Eò ipso quod occisionem vel percussionem cuiusque personæ Papa in Prælatum conferat absoluentiam.

[A] iuxta decretum Clementis VIII.

[B] ex Cap. Si quis suadente Diabolo. vide dicta supra & observa hic etiam percussionem in seculari à  
Reli-



Religioso iniuriosè & grauius ex-  
ercitiam sub reservatione prohibe-  
ri, ita ut, qua percussio inducit  
excommunicationem in Clerico  
leso, talis etiam in laico reddat  
percussionem Pralato Religionis  
reseruatam.



Caput

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.

Caput V.

De Juramento falso in  
Judicio Regu-  
lari.

Synopsis.

- I. Juramenti essentia.
- II. Juramenti divisio.
- III. Alia divisio.
- IV. Juramentum assertorium.
- V. Consuetudo iurandi lethalis.
- VI. Juramentum promissorium.
- VII. Perjurium.
- VIII. Promissorii iuramenti obligatio.
- IX. Interpretatio iuxta mentem iurantis.
- X. Amphibologica locutio.
- XI. Processus Regularis.
- XII. Via accusationis.
- XIII. Inquisitio generalis & specialis.
- XIV. Ex.

XIV. Exceptio de crimine occulto.

XV. Superiorum processus de Religiosis.

XVI. Corollaria de iudicio Regulari.

I. Ut iuramentum virtutis, ac Religionis actus efficiatur, iure diuino & naturali requirit. 1. Veritatem, vt nimirum non iuretur falsum. 2. Iudicium, nè leuiter, sed ex necessaria causa & discretè iuretur. 3. Iustitiam, vt non iuretur, nisi quod licitum est, & iustitiæ consentaneum: cum enim Deus, qui est summa veritas & iustitia per iuramentum in testem aduocetur, necessario requiritur, vt pro eius reuerentia iuramentum de re vera, iusta ac æqua, atque cum debita circumspectione & maturo iudicio edatur. Iuramentum est adtestatio Diuini Numinis, vel inuocatio diuini testimonii ad fidem faciendam, vel promissionem, firmandam.

Less.

*Less. l. 2. c. 42. dub. 1. num. 1. Sayr in  
 Clavi Regia. l. 5. c. 4. num. 1. Ex illo  
 Hierem. 3. Iurabis, Vivit Dominus  
 in Veritate, & Iudicio, & in Iu-  
 sticia, atque ita hæc conditiones ad  
 iuramenti valorem exiguntur,  
 vt quæcunque ex his desideretur,  
 iuramentum reddatur illicitum.  
 teste S. Thom. 22. q. 89. a. 2. cum com-  
 muni. Et sufficit iurantem diui-  
 num testimonium saltem virtua-  
 liter invocare voluisse, et si for-  
 maliter & expressè non cogita-  
 rit, neque rationem iuramenti in-  
 tellexerit. Imò mortaliter peccat,  
 qui iurat se aliquid facturum quod  
 sit mortale ( etiam contra Reli-  
 gionem ) abutitur enim iuramen-  
 to: Et venialiter, si fuit veniale,  
 quod cum proposito exequendi  
 iuravit: ad neutrum tamen per-  
 soluendum tenetur ex communi  
 ratione iuramenti, quod vniuersa-  
 lis regula sit: Iuramentū promif-  
 forium*

forium non inducere obligationem rei præstandæ, quæ sine causa saltem veniali nequit impleri.

II. Diuiditur. i. Iuramentum in Assertorium, quod adhibetur ad præteritum, vel præsens affirmandum, vel negandum, v. g. iuro per Deum me non conspirasse contra Magistratum, homicidam esse: Et Promissorium quatenus refertur ad præsens animi iudicium, seu propositum de realiqua præstanda, v. g. iuro per Deum me tibi satisfacturum, non lusurum chartis, taxillis &c. 2. In iuramentum, quod fit per simplicem attestationem quâ Deus in testem produci- tur. v. g. testor Deum, Deus sit mihi testis: Et in id, quod per execrationem fit, quo iurans sibi vel aliis malum à Deo vindice inferendum precatur, nisi è vero habeat, quod iurat. v. g. peream, non mouear hinc, Dæmon arripiat, ita  
me

me Deus amet, per animam meam *Clavis Regia. cit. e. num. 2. Less. cit. dub. 2* in hisce & similibus formulis non tantum significatur, ut me v. g. amet Deus, si est verum, sed etiam ut non amet, si falsum.

III. Diuiditur tertio in illud, quo testimonium diuinum immediate: & in id quo mediate aduocatur per creaturas [A] quatenus nimirum Deus in illis iudicium suum exercere imploratur, aut quatenus diuina veritas peculiariter elucet, sic iurari solet per sacra Euangelia, id est, per veritatem Dei in eisdem expressam & significatam, aut per Sanctos, qui huius veritatis fuere magistri & sectatores. 4. In solempne cum cum notabili circumstantia & caeremoniis, v. g. coram testibus, notatio, coram Iudice, Prælato, tactis Euangeliis: Et simplex quod caret huiusmodi ritibus, vtriusque

N

quidem

quidem apud Deum eadem vis,  
attamen si violetur solemne ma-  
ius est peccatum propter scanda-  
lum.

[A] *Less. cit. Bonacina. t. 2. d. 4. q.*  
 1. p. 2. *Tan. cit. qui bene docet nri.*  
 2. in formulis iurandi rationem  
 habendam consuetudinis, patrie  
 & communis modi concipiendi,  
 atq; in illis de quibus dubitatur,  
 an sint iuramenta, v. g. cum Deo  
 loquor, per meam fidem, Deus  
 scit, attendendam iurantis in-  
 tentionem. Formula vero, in  
 mea fide, conscientia, in fide  
 Religiosi, Sacerdotis, aut boni  
 civis, sicuti ordinariè accipiun-  
 tur, non præferunt iuramen-  
 tum, qui enim ita loquuntur  
 non iurare sed significare laborant  
 se loqui ex virtute veritatis,  
 quam vir bonus, Religiosus,  
 Sacerdos suis verbis ac promif-  
 sis debet adhibere, & si fallat  
 pro

pro mendaci reputari non refu-  
git. Vide Azor tom. I. lib. XI. Cap.  
2. t. l. c. 2. [B] Qui iurat per  
creaturas non referendo in Deum,  
sed per ipsas quantum potest ve-  
ritatem confirmat graue quidem  
per se peccatum (quod ad blasphemiam infidelitatis reducitur)  
committit, non tamen proprie  
iuramentum, nisi forte tale e-  
stimetur ex falsa persuasione  
iurantis.

IV. Iuramentum Assertorium,  
quà simplex, quà solemne de re  
præsenti, vel præterita deliberato  
animo enuntiatum, si falsum sit,  
est peccatum mortale periurii in  
quacunque materia siue magna  
siue parua. *Clavis Regia. l. 5. c. 4.  
n. 14. Tan: cit. n. 9 cum S. Th. 22.  
q. 98. a. 3. ad 2. dicente, eum  
peccati mortalis reum argui, qui  
iocosè, serio, vel ex lapsu linguæ*

N 2

peieret,



peieret, dummodò aduertat se iurare & falsum esse quod iurat. Deus enim nunquam sine graui iniuria in testimonium falsitatis adducitur, & æquè Deum offendit, qui eum mendacii siue iocosi seu serii testem arcessat & aduocet. *Azor. cit cap. 4. q. 1.* quod idem benè citati docent de eo qui dubitat verumne sit an falsum, & sine omni circumspectione iurat, nisi fortè inaduertentia iudicii de mortali purget.

V. Qui consuetudinem habet iurandi vel iungendi mendacia cum iuramento peccat mortaliter [A] nisi moralem adhibeat diligentiam prauam consuetudinem expellendi [B]

[A] *Bonacina cit. cum communi. p. 13. num 4. quod versetur in proxima occasione peccandi lethaliter & periculo iurandi falsum æquè ac verum: Nec ille à mortali liberari*

vari videtur, qui habet consuetu-  
 dinem iurandi & mentiendi, et-  
 iam si non soleat sæpè mendacia iu-  
 ramento confirmare, propter mo-  
 rale periculum peierandi. [B] tunc  
 enim huiusmodi consuetudo desi-  
 nit esse voluntaria, nec ipsa per se  
 peccatum est, nec inadvertenter  
 peierantem mortali maculat  
 culpâ.

VI. Iuramentum promissori-  
 um de re graui factum, si absque  
 rationabili causa intermittitur, iti-  
 dem mortale peritium efficit: si  
 nimirum verum, serium & suffici-  
 enti ad peccatum mortale aduer-  
 tentiâ fuerit editum. Communis a-  
 pud Tamm cit. num. 11. Clauis Regia cit.  
 num. 26. Azor. cit. c. 5. Less. cit. c. 42.  
 dub. 5. Bonacina cit p 14. quoniam  
 ita iurans quantum in se est voluit  
 Deum testari se non solû imple-  
 di animum habere, sed etiam se  
 impleturum, nisi iustum impedi-

mentum interueniat. Quare ad iuramentum quod promissioni de opere præstando accedit, vt sit vndequaque honestum, exiguntur, 1. veritatem præsentis propositi de stando promisso, quæ si desit semper committitur periurium mortale. 2. Veritatem ipsius materiæ suo tempore ponendæ, si modo possibilis sit & grauis, tunc itidem periurium lethale fit quando absque rationabili causa prætermittitur.

VII. Periurium verò est mendacium iureiurando firmatũ, quod quadrifariam euenire potest. 1. Cum falsum iureiurando assertitur. 2. Cum promissio in re iusta & bonâ facta & iuramento firmata non completur, vbi veritas deest, non quidem verbo, sed facto. 3. Cum iuramento deest iustitia, id est, quando iurans promittit se iniquum aliquid præ-

præstiturum, v. g. vindictam de  
Titio infamatore sumpturum. 4.  
Cum desideratur iudicium, quan-  
do temere & inconsideratè iura-  
tur. Priora duo rationem periuri-  
rii propriè nanciscuntur: Poste-  
riora autem respectu periurii in-  
cauti, temerarii aliquo modo ad  
periurium propriè dictum reuo-  
cantur. *Azor. cit. 12. q. 3.* & de  
periurii pœnis quâ Canonicis,  
quâ civilibus ibidem à q.

VIII. An prætermittens iu-  
ramentum promissorium de re  
parui momenti peccet mortaliter,  
v. g. Religiosus, sæcularis &c.  
cum iuramento promisit se sin-  
gulis diebus Psalmum Miserere,  
Salutationem Angelicam &c. re-  
citaturum, vel pauperibus num-  
mum daturum.

Respondet i. Caietanus distin-  
guendo [A] vel res illa voto iurato

N 3 fir-

firmata est tota materia promissionis, vel tantum pars: si primū, violare ait, iuramentum in re leui esse mortale, v. g. non dixisse psalmum integrum, vel distribuisse assem: si secundum: negat, mortale committi, sed tantum veniale, v. g. si promisti 3. aureos & solutione assem deneges, aut versiculū prætereas. Respondent alii 2. generatim tantum esse veniale intermisserem leuioris momenti. 3. alii itidem docent semper esse mortale si quis transgrediatur iuramentum de re parua seriò promissa.

[A] *Apud Azor. cit c 5. q. 3. Iess. cit dub. Bonacinamp. 14 num.*

2. [B] *Clavis Regia cit c 4. n. 28.*

Et complures docent si angere iuramentum de re leui susceptum, dummodò, qua do iurauit, animum habue it implendi, esse tantum veniale quod paruitas materiæ

riæ excuset à mortali in omnibus  
diuinis & humanis legibus *vetis-*  
*que c. apud eosdem complures.*

Respondeo 4. cum veriori, si  
constat rem exiguam promissio-  
nis esse quandam partem, non  
committi mortale periurium,  
quamuis tota non solvatur, quod  
Deus non adducatur in testimo-  
nium falsitatis, res enim præstatur  
absolutè, adeoque iuramento fir-  
satis, et si in recitatione, v g psal-  
mi vnus versiculus omittatur, aut  
in solutione trium aureorum ba-  
zrus negetur. [A] In autem fran-  
gitur iuramentum absq; iusta cau-  
sa de præstanda re exigua quæ to-  
tam materiam promissionis com-  
pleat, satis probabiliter dicitur  
committi periurium mortale, per-  
inde enim videtur Deum in paruis  
ac magnis rebus testem falsitatis  
invocare. [B] et si contrarium pro-  
babilius conferi debeat. [C]

N 5

[A] *Ita*

[A] Tann. cit. & sequitur ex sententia secunda. [B] Clavis Regia. no. 28. Bonac. cit. num. 2. Less. cit. Qui iureiurando aliquid promittit ipso affectu & quantum potest facit Deum testari se promisso statutum. ergo si non præstat, dum potest, arcessit Deum tanquam testem falsum. Neque verò iuramentum hoc promissorium respicit tanquam propriam & immediatam materiam, quatenus est magni aut parvi momenti, multum vel parum utilis homini, sed quatenus vera & adnexum habet diuinum testimonium, adeoque obligatio non desumitur à paruitate aut magnitudine materiae, sed ex veritate: atqui omnes veritates, tam de re parua quam magna, nituntur eodem diuino testimonio, ergo eiusdem rationis est in re parua magna Deum testem falsi arcessere. Et longè ali-

aliter in legibus humanis aut votis præsertim vsuuenit, quæ cum concernant honorem Dei, potest in re parua leuiter lædi, in iuramento autem principaliter attenditur veritas, quæ si desit, grauis iniuria Deo irrogatur, cum iurans censeatur Deum falsi testem inuocare. [C] *Tann. cit. m.* 25. vbi à mortali excusat consuetas fœminis aliisque plebeis iuramenta.

IX. Collige iuramenti obligationem iuxta mentem & intentionem iurantis esse interpretandam, quæ soles in dubio pro iusta ac legibus conformata reputari: Sic iuramentum de celando secreto factum, est tenendum, nisi in alterius detrimentum cedat: aut de obseruatione statutorum iuramentum extenditur ad licita & vsu recepta, non  
abro



abrogata, vel postmodum condenda, nisi expressim in eadem iuravit: Item qui iuramento confirmavit se non petiturum dispensationem, aut eam etiam obtenta non usurum, poterit, si res exigat, à Superiore petere & usurpare datam &c. *Azor. cit. 8 q. 17.*

X. Quæres 2. utrum mendacium, & periurium committat qui profert verba in alium sensum aut amphibologicè, quàm iudex concipiat. Resp. 1. si verba ex sua impositione duplicem sensum habent, non committi mendacium, vel periurium in alio sensu quàm iudex aut audientes percipiunt, usurpare. Resp. 2. eum, qui sua spontè iurare paratus, vel legitimè ad iurandum compellitur, mortiferè peccare, si ad alienum sensum verba detorqueat, aut iuret, quod maximè valet in iudiciis & contractibus, nè violetur obedientia.

Su-

Superioribus debita & iudicium  
peruertatur, & grauis deceptio  
partis amoueat. Resp. 3. Si  
quis iniuste, v. g. non à suo iudice,  
aut iuridicè legitimeque ad iura-  
mentum edendum, vel respon-  
dendum adigitur, aut aliàs iustam  
habeat causam celandi mentis ar-  
cana, non peccat lethaliter vtendo  
ambiguâ oratione, seu retentâ in-  
mente restrictione, alieno sensu  
iurando, imò potest responderi se  
nescire, non audiuisset, vidisset, vel  
quid huiuscemodi addita restrictio-  
ne, vt teneatur dicere. Idem de te-  
ste neque à iudice suo, neque legi-  
timè interrogato, aut iustam cau-  
sam denegandi testimonium ha-  
bente, v. g. nè incidat in ingratiam  
potentis familiæ, aut aliud graue  
malum subire debeat. *Less. cit. dub.*  
*9 Bonac cit p. 12. Clau. Reg. cit nu. 24.*  
de ambigua oratione constat ex  
communi, qui enim non tenetur

re-

respondere potest orationem in diuersum ab interrogantis intentione sensum efformare, eumq; si necessitas, vel utilitas honoris, rei familiaris, vel iniusta inquisitio postulet, iuramento confirmare. Itaque aliquis non iuridicè interrogatus, potest respondere non feci, mente addendo hoc die, in publico, coram testibus, tali circumstantia. Non habui compli- ces, sub audiendo in alio scelere aut amphibologica oratione. *Less. sit. dub. 11. Bonac. Nau. c. 12. à num. 3. Azor. l. 11. c. 4. q. 5. vbi benè monet, cessante iniuria, nefas esse verbis vti ambiguis, & longè deterius, si aliter verba, quam illi qui nos iure rogant, idest, in alio sensu promamus. Sa V iuramentum & harum restrictionum vsum, nec adeò tutum nec etiam insegurum iudicat.*

XI. Cæterum Iudicii Regu-  
larium

larium processus easdem ferme  
conditiones exigit, quas sæcula-  
rium iuridici processus, vel enim  
fieri debet per viam accusationis,  
cum aliquis spondet se obiecta  
probatum: vel per viam denun-  
tiationis, in qua denuntians cri-  
men non vult suscipere onus pro-  
bandi: & duplex est; alia Euange-  
lica, quæ tendit ad emendationem  
Fratriſ seu proximi, & fit Superio-  
ri tanquàm Patri: alia Iuridica spe-  
ctans criminum punitionem, ma-  
li damniq; cautionem ob bonum  
commune, & fit superiori tanquàm  
iudici Vel via Inquisitionis, quan-  
do iudex seu Superior ex officio  
procedit ad purgandū prouinciã,  
locumque suæ iurisdictioni subie-  
ctum reformandum, vel ad inue-  
stigandum: & trifariã contingit.  
1. Generaliter, cum iudex, aut Su-  
perior in specie, nec personam, nec  
crimen exprimit, sed generatim  
tan-

tantum inquit, an fiat aliqui in  
 Communitate poenâ digni, ser-  
 uentur leges, an de nullo sit fama,  
 vel grauis suspicio super crimine.  
 2. Specialiter, cum de certa perso-  
 na & crimine quaeritur, v. g. an Ti-  
 tius commiserit furtum, Simoni-  
 am, cor spuationem excitarit. 3.  
 Mixtum, cum vel specialiter quo-  
 ad crimen utpotè euidentis & pu-  
 blicum, & generaliter quoad per-  
 sonam igitam inquiritur, vel  
 specialiter de persona, cum gene-  
 ratim de scelestis diffamarâ, & ge-  
 neraliter de crimine utpote igno-  
 ro. *Ex cap. Qualiter & quando de Ac-*  
*cusationibus. Less. l. 2. c. 29. dub. 12.*  
*& 13. Fann. d. 4. de Iustitia. q. 4. dub. 4.*  
*Cian Reg. l. 12. c. 10.*

X. l. Per viam accusationis  
 protestum productorum, ipsius-  
 que accusati interrogatione suffi-  
 cit ipsa criminis delatio [A] in via  
 vero iuridica denunciationis de-  
 ficiente

ficiente teste [B] potest quidem generaliter inquiri sed nec ipse reus nec alii de reo speciatim interrogari possunt, nisi fortè accusationem suppleant indicia alia, v.g. infamia.

[A] Communis s. Thom. q. 67. a. 3.

& q. 69. a. 2. imò equitas naturalis talem processum postulat, ut & rei & Communitatis bona in-

violabiliter afferuentur ut verò iuridicè interrogetur reus. sufficit semiplena probatio, quàm præstat unus testis omni exceptione maior

[B] testis debet esse distinctus ab accusatore. Sa. V. A. Et in iudicialibus. de modo procedendi num. 3. ait contra aliquem non procedi sine accusatore vel infamia quæ sit velus accusatio, nisi principe iubente vel scandalo, periculo aut bono Communitatis exigente: æquivalet autem accusationi evidentiæ facti & manifesta indicia.

XIII. Ad

XIII Ad Generalem [A] aut  
 Specialem, quoad crimen notori-  
 um [B] inquisitionem non requi-  
 ritur, sicuti in speciali contra per-  
 sonam, quæ tendit ad criminis  
 punitionem [C] præcessisse infamiam,  
 sed sufficit ipsum iudicis  
 officium.

[A] Est communis, & patet ex Cap.  
 pernitiosa. 1. de officio iudicis or-  
 dinarii, ubi iniungitur Prælatu  
 Ecclesiasticis & Superioribus, ut  
 Visitaciones & inquisitiones su-  
 per adulteriis. alijsq; sceleribus  
 instituant. Nec tamen confe-  
 ssum tenentur rogati, aut reus sub  
 comminatione censura, vel iura-  
 mento manifestare occultum ma-  
 lesactorem, nisi propter huiusmodi  
 crimen infamia labores. Less. ex  
 S. Th. cit. q. 69 a 2. Soto de regenda  
 do & reserendo secreto, membro.  
 296 & cap Qualiter & quan-  
 do, de Accusationibus.

[B]

[B] Less dub. 14. num. 1. cum  
 Innocent in Cap. Bona. 1. de ele-  
 ctione nu. 4. [C] S. Th q 70. a 1.  
 aliisq; communiter in Cap. Inquisi-  
 tionis § Tertia de accusationi-  
 bus. in quò respondetur nullum esse  
 pro crimine super quo nò labor et  
 infamiã, puniendum, nec deposi-  
 tiones recipiendas, cum inquisi-  
 sitio solummodo super iis fieri de-  
 beat, de quibus clamores alii  
 qui precesserunt. Ex Cap.  
 Cum oportet. Cap. Qualiter.  
 2. de accusat. debet enim iudex  
 ex scientia publica, id est, vel  
 per accusationem vel confesio-  
 nem rei in iudicio, vel per infamiam  
 aut facti evidenciam, in  
 conspectu iudicis, vel coram mul-  
 tis patrati: procedere alioqui dela-  
 tores cõtra iustitiam peccant occul-  
 tum crimen detegendo, cum enim  
 nequeat probari, nequit etiam pu-  
 niri, proinde ex revelatione sola  
 sequitur



sequitur infamia, nisi non tam rei emendatio & punitio, quam mali amotio spectetur, sic licita est denuntiatio etiam si non praecesserit infamia.

XIV. Excipe 1. C. Quando reus crimen occultum in iudicio, non coram multis, v. g. coram solo iudice vel notario fuerit confessus, secus est si confiteretur extra iudicium, nisi subsequeretur infamia (etsi in praxi contrarium ferueret, teste Less. cit. num. 124 & dub 17. num. 157.) iuxta Cap. Postquam de accusat. in 6. quod huiusmodi confessio importet notorium iuris. 2. Quando iudici per generalem inquisitionem innotuit autor criminis siue benè, siue malè fuerit per testes manifestatus Ex communi. Less. dub 15 num 125. 3. cum delictum in iudicio patratum v. g. testis falsum deponit, accusator calumniatur, praevocatur, tergiuersatur.

4. la

4. In crimine hæresis & Apostatæ,  
in quibus sine accusatore vero, aut  
ficto (qui suppleat vicem) aut in-  
famiâ inquiritur 5. in omni crimi-  
ne læsæ Maiestatis humanæ 6.  
Cum Domino occiso, vel nauis  
submersâ contra seruos, vel nau-  
tas inquiritur, aut est suspicio po-  
puli, vel Communitatis contra a-  
liquem. *Less. cit. dub. 15. cum Nau. a-  
lusq. vide.*

V Superiores Clericorum  
& Religiosorum non possunt cõ-  
tra subditos in grauibus crimini-  
bus procedere, sine accusatore for-  
mali, vel virtuali, aut iudiciali or-  
dine sine tamen strepitu vel figu-  
ra iudicii. *Cum S. 1. hom. 22. q. 33. a. 7.  
ad 4. & 5. Soto in Relectione de regendo  
& retegendo secreto, membro 2 q. 6. sub  
finem, aliisq. Clavis Reg. l. 12. c. 11. n. 20.  
quod ius naturæ de celandis oc-  
cultis & famâ proximi asserendâ,  
non minus obliget aduersus Cle-  
ricos*

rices & Religiosos, quam aduersus alios, imò tanto magis, quòtò eorum fama aestimatur pretiosior, & infamia maius scàdalum generat. In leuiorum autem criminum denunciatione, cuiusq; Religionis vltus inspiciendus, quæ non tantà requirit probationem vel infamiam, sed iuxta prudentiam Superiorum solâ rei veritate inspectâ procedunt & corrigunt sine strepitu & iudiciali tumultu. *Vti bene Tamm, cit. nu. 88. ex Less. dub. XVII. num. 170.* monet, apud Regulares modum iuridicum non esse, tam strictè obseruandum, & colligitur *ex Cap. Qualiter. 2. de accusat* quam maximè cauendum nè temerè insones in suspensionè grauioris criminis adducantur, tum nè ledatur bona Religiosorum fama ac aestimatio, cuius ius nunquam amiserunt, & viro ipsius Religionis plurimum interest, famam

ma  
 scã  
 tali  
 lige  
 tion  
 con  
 gra  
 nan  
 poss  
 testi  
 imm  
 Tan  
 dub  
 teri  
 mi  
 re i  
 tari  
 exp  
 boi  
 rè  
 tut  
 hui  
 iur  
 ner

mam inuiolatam seruari, tum ob  
 scādalu, quod facile nasci solet ex  
 talium criminū suspicione, intel-  
 lige v. g. lapsum carnis, conspira-  
 tionē, murmurationē & id genus  
 compluria quibus nostra Statuta  
 grauiorem, vel grauisimam poe-  
 nam imponunt. *An & qua de causa*  
*possit quandoq; pratermissā admonitione*  
*testiumq; inductione quodlibet peccatum*  
*immediatē Prælato denuntiari, vide*  
*Tann. d. 2. de Spe & Charitate. q. 5.*  
*dub. 4. & 5. Bann. in 22. q. 33.* In-  
 terim certum est Religiosos non  
 minus, quàm sæculares serua-  
 re ius ad famam, & leges chari-  
 tatis communes esse omnibus,  
 expeditque publicè ac priuatim  
 bonam cuiusque famam teme-  
 rè non lædi, & nisi per Consti-  
 tutiones, aut Regularia Statuta  
 huiusmodi resignatio & proprii  
 iuris cessio sit introducta, ordi-  
 nem correctionis fraternæ sub  
 præce-

præceptum cadere, etiam clare  
 colligitur ex *Regula S. P. N. Augusti-  
 ni. c. 1. de correctione ac denunciatione.*  
 & *Luce 17 v. 15* Si peccauerit in te  
 frater tuus, increpa illum & *Matt.*  
*18. v. 15* Si autem peccauerit in te  
 frater tuus, vade & corripe eum in-  
 ter te & ipsum solum. Vbi in te, vel  
 idem est, quod coram te, seu scien-  
 te te, hoc ipso enim sua natura  
 peccatum ostendit, quod cogno-  
 scitur: vel ex paritate rationis ad  
 quodlibet peccati genus accom-  
 modari debet.

XVI. Collige 1. per iudicium  
 Regulare intelligi quodlibet iu-  
 dicium forense; quod secundum  
 leges, vel Canones in foro, qui so-  
 let dici actus legitimus duarum  
 personarum sub eodem iudice &c.  
*suxta Cap. Forus. de verb. sign.* Atque  
 excluduntur iudicia privata per  
 conuentiones, vel arbitria parti-  
 cularia. 2. Tunc à Religioso fal-  
 sum

sum iuramentum in iudicio Regulari committi, adeòque casum reseruarum incidere, quando iuridicè & legitimè à Prælatò, tam in generali, v g. Visitatione annua, quàm in particulari proprii Abbatis examine interrogatus sub iuramento veritatem negat, aut falsum testimonium contra aliquem fert *Vide plura apud Cypr lect paran.*

*15. fol. 623 Suar. cit t. 4. l. 2. c.*

*13. n. 7 & Statuta nostra,  
dist. 3. cap. 9.*



O Caput

Caput VI.  
De Lapsu Carnis.

Synopsis.

- I. Obligatio voti Castitatis.
- II. Lapsus Carnis quid sit.
- III. Consummatio lapsus.
- IV. Quæstio de cogitationib. turpibus.
- V. Quæstio de aspectu libidinoso.

I. Vorum Castitatis Religio-  
sæ non tam ad abstinentiam à cō-  
iugio, eiusvè usu, quàm ad perfe-  
ctam animi corporisque purita-  
tem conseruandam obligat, nè  
vlla venerea voluptas capiatur, id  
est, ab omni actu interno & exter-  
no, qui sit contra Castitatem, v. g. à  
turpibus cogitationibus & dele-  
ctatione morosa, pollutione, tur-  
pi contactu, ab impudico aspectu,  
& ab omnibus iis, quæ aliquo mo-  
do

do Castitati repugnant, cui si quid contrarium admittit Religiosus, perindè peccat mortaliter, ac venialiter, ac sæcularis qui extra Matrimonium constitutus aliquid huiusmodi patrat, nisi quod Religiosus impuritatem admittendi ratione voti, & status non solum Castitatem violet, sed etiam sacrilegium committat, vel mortale, vel veniale pro qualitate nimirum actus libidinosi. *Ita Communis.* Sicuti enim extra coniugium, coniugiique propositum sæcularis constringitur omnimodam servare Castitatem ex præcepto communi, ita Religiosus servare etiam obligatur ex voto, hoc solo discrimine, quod Religiosus ex vi voti nullo modo inire possit coniugium. Itaque duplex est Castitas, Perfecta nimirum, quæ ab omnibus carnis voluptatibus quâ licitis, quâ illi-

O 2      citis



citis abstinet, cum exclusione nuptiarum, vti est religiosa: Imperfecta altera quæ vel solum ad tempus abstinet, vel à solis illicitis voluptatibus, & licitis moderatè vtitur, v. g. in coniugio, debito loco, tempore, modo & fine.

II. Sub lapsu carnis comprehenduntur [A] omnes actus veneri opere externo cõsummati [B] ac voluntarii [C] iuxta ordinem grauitatis peccatorum luxuriæ, v. g. bestialitatis, coitus cum Dæmone, Sodomia, pollutio voluntaria (aliòqui immunditia, seu mollicies) incæstus, adulterium, stuprũ, simplex fornicatio, quibus addendum sacrilegium quo persona sacra violatur.

[A] Communis. Tann. cum aliis t. 3o d. 3. q. 3. dub. 6.

[B] Bisariam intelligi potest v. ut quodcumq; peccatum libidinis in opere exteriori consummatum significat.

gnificetur reſeruatum, ſolum excludendo lapſum carnis per conſenſum internum, aut moroſam delectationem. 2. ut ſignificetur peccatum libidinoſum conſummatum in ſua ſpecie, primum non poteſt dici, quod ſequatur omnia peccata externa, qua habent ab obiecto malitiam mortalem, v. g. tactum, aſpectum, oſcula impudica, etiamſi ad ultimam conſummationem non pertingant, reſervari in Religioſo, quod valde rigidum eſt. Secundum tanquam verius, iuxta communem amplectendum, adeoq; niſi, v. g. oſcula, impudica colloquia ad conſummationem fornicationis perveniunt, ſub hac reſervatione non contineri, quod non perfecte conſumentur. C. ex S. Th. 12. q. 6. ubi ait, Voluntarium eſſe, cuius ut ſit, vel non ſit, fiat aut non fiat, voluntas eſt cauſa cum perfecta rationis cogni-

o 3 tione

zione ac deliberatione, tam de substantia actus, quam de circumstantia.

III. Non tantum in secunda persona interueniente copula cum seminis profusione, sed etiam in prima potest accidere lapsus carnis in Religioso reseruatus, quomodocunque procuratur per actus exteriores libidine aliqua infectos. *Cypr. lect. para. 15* procurare lapsum carnis per actus exteriores, nil aliud est, quam scilicet, & voluntarie exercere actum mortiferum libidinosum, ad quem nata est seminis effusio. Non tamen mortale est comedere, aut sumere illa unde creditur secutura pollutio, modo non intendatur, seu voluntarie procuretur. *Sic teste Sa. V. Luxuria*, non peccat mortaliter qui optat in somnis pollui. v. g. ad mitigationem libidinis, aut gratiam sanitatis, dummodo caueatur causa ad pollutionem proxima: Neque

Con.

Confessor fornicantiū confessio-  
nes prætermittere, aut lectionem  
de Matrimonio, aut aliòquid de se  
honestū opus relinquere tenetur,  
ex quo antea sequebatur pollutio  
modò absit consentiendi periculū.

IV. Quæres 1. vtrum Religio-  
sus cogitando turpia iisq; morosè  
delectâdo inpollutionem prola-  
plus sine proprii corporis aspe-  
ctu, aut contactu libidinoso, aliaq;  
motive instrumentali casum re-  
servatū incurrat *R. 1. suar affirmati-  
onè cit. n. 12.* si peccatū pertigit pol-  
lutionē in omni rigore consumma-  
ri, adeoq; sub ista reservatione cō-  
prehendi, quod pollutio volunta-  
ria propriam habeat malitiæ spe-  
ciem in qua possit consummari:  
*Secundū S. Th. 22 q. 164. a. 11.* Resp. 2.  
Haud improbabiler alios ne-  
gare, quod ad huiuscemodi refer-  
vationem non solum externa a-  
ctio in sua specie consummata, sed

etiam externa respectu mediorum  
 requiratur, & procuretur non tan-  
 tum per interiorē delectationē,  
 tanquā causam adæquatam, sed  
 potissimū per opus externum,  
 v. g. libidinosum contactum. Et  
 quemadmodum ille non incidit,  
 qui tangit personam quantum-  
 cunque libidinosē exercendo va-  
 rios impudicitiae actus absque se-  
 minis profusione, aut copula, quā-  
 vis mortaliter peccet, ita quoque  
 qui sine tactu proprii corporis, aut  
 alio instrumento ob veneream  
 turpitudinem mentalem pollui-  
 tur: nisi perueniatur ad consum-  
 mationem illius actus impudici,  
 quem peccans intendit, vel in  
 quem naturā suā ordinatur, id est,  
 copulam scilicet carnalem.

V. Quæres 2. vtrum aspectus  
 libidinosus in fœminam directus,  
 ex qua apta est sequi pollutio, sit  
 casus reservatus? Resp. 1. Si aspe-  
 ctus

ctus aliqua quidem libidine quasi inaduertenter informatus à pulchritudine faciei, aut formę fœmineæ, aut personæ superbè conuestitæ proueniat, non esse vti nec mortalem, ita neque reseruatum. Ratio est quod huiusmodi aspectus de se leuiter tantum in libidinem prouocet. Resp. 2. quando in grauem tentationem, & inde in pollutionem prolaberetur, necdū culpam reseruatam probabiliter committi, etiamsi ex praua affectione & intentione ad libidinem concitaretur, ob defectum operis externi, quod per se oculus impudicus non possit censerī propinquè lapsus carnis opere consummatus. Resp. 3. Aspectus denu-  
dati in fœmina corporis, aut posterioris partis ad libidinem allicientis, in qua impudicitia locum tenet cum pollutione iunctus, videtur sine præuiis osculis, aut conta-

Etu reseruatus, non tantum quod  
 fit per se opus, aut actus externus  
 libidinosus, sed etiam extrinsecus  
 libidinem mortalem præferat,  
 propinquè, propter (idem fermè  
 de turpitudine animalium libidi-  
 nos è aspectâ) maximam indecen-  
 ziam & summum periculum. *Sanch.*  
*l. 9. de debito conjugali. d. 46. s. T. h. 22 q.*  
*131. a 4. in o. vbi docet quod impu-*  
*dicitia non tantum se habeat ex*  
*parte intentionis, sed præci-*  
*puè versetur circa partes*  
*pudendas exte-*  
*riores.*



Capit

Caput VII.

*De falsificatione manus,  
sigilli, & litterarum  
impedimento.*

Synopsis.

- I. Falsificatio quid sit.*
- II. Furtiva fabricatio sigilli.*
- III. Retardatio litterarum.*

I. Falsificatio manus, id est, scripturae seu chirographi reservata, non tantum contingit per imitationem, additionem, diminutionem aut erasionem, sed etiam mutationem, si intentio Superioris, vel officialis in re graui peruertatur [A] Falsificatio autem sigilli, vel fit furando proprium & genuinum, vel adulterinum fabricando, postquam ad consignationem chirographi fuit applicatum. [B]

[A]



[A] Si fiat in re graui & ex malo fine, v. g. ad pecuniam mutuandam aut damnum ex ista permutatione graue sequatur. [B] patet ex decreto Clementino in quo tacite adprobatur diuersum à Consensus communi sigillo officialium sigillū, nec cuiuscunq; sigilli falsificatio sub reservatione prohibetur, sed illius tantum, quo officiales vtuntur, qui præ sunt vel Religiosis, vel rei æconomica, v. g. Abbas, Prior, Cellarius, Prouisor &c quibus aduice Vicarium Prouincia, & totius Ordinis Generalem, & eiusdem Officiales, Secretarium &c. ab his enim falsificatio eò grauior reddi potest, quò potest Prouincia, Cænobio &c effici perniciosior. Exinde sequitur si Religiosus, v. g. Parochus proprio familie sigillo uteretur, illudq; à Religioso falsificaretur, aut vagabundus furtim ablatum subreptitis litteris adplicaret,

*caret, non incideret casum reser-  
uatum, idem de sigillo Officialis,  
quod usurparet non ut Officialis  
Monasterii, seu quod non haberet  
autoritatem Religionis.*

**II.** *Etsi furtiua, fraudulenta  
sigilli fabricatio sine graui peccato  
confici nequit, attamen non com-  
prehenditur sub hac reservatione,  
nisi ad litterarum falsarum confi-  
gnationem adplicetur: similiter  
reseruatio nō habet locum si quis  
Religiosus furaretur sigillum ex  
fine & proposito abutendi, nocen-  
di, tamen vel pœnitentiâ ductus,  
aut aliòqui impeditus tali sigillo  
in litterarum, aut chirographi  
subsignatione non vritur, multò  
minus qui vritur & adplicat ex  
bono fine sigillum, v g. Abbatiale,  
vt litteræ citiùs, seu securiùs, aut  
maiùs pondus præferentes ad  
lectorem perueniant *Suar. cit. num.*  
*S. de falsificatione & pœna Ordinis no-*  
*stris.**

*ſri Canonici Statuta. diſtinct. 3.  
c. 14.*

III. Impedimentum [A] ſeu retardatio, & apertio litterarum [B] à ſuperioribus ad inferiores, & vice verſâ, vt ſit reſervata, debet ex fine & propoſito eſſe mortaliter malitioſa. [C]

[A] Vt frustrato effectu in re gravi frustrentur. [B] Ad quam ſufficit ſcire, aut præſumere, apertionem invito ſuperiore fieri.

[C] Malitioſum ſiquidem non tantum retardari aut impediri cum gravi culpâ ſignificat, ſed etiam fieri ex malitia, id eſt, directâ intentione impediendi effectum litterarum. Quapropter qui ex inadvertentia, imprudentia, aut gravi negligentia impedit, aperiret, vel cum tacito conſenſu mittentis, aut eius ratihabitione ad quem mittuntur, foreſ liber à Reſervatione. *ſuar. cis.*

*mm.*

num 13. Cyp. lect. Paran. 16. &  
vide partim Nau. in Cap. Sacer-  
dos. de Pœnitentia. dist. 6. partim  
Statuta. dist. 4. c. 18. de Appella-  
tionibus.



Caput

Caput VIII.  
De Absolutione Casuum  
Reservatorum.

Synopsis.

- I. Iurisdictio.
- II. Iurisdictio quibus competat.
- III. Absolutio à Reservatis competis reservanti.
- IV. Absolutio excommunicationis non reservata.
- V. Reservatio cessat in mortis articulo.
- VI. Absolutio circa casus Pontificios & Episcopales in Iure.
- VII. Explicatio Paulinae Constitutionis.
- VIII. Explicatio eiusdem.
- IX. Absolutio in utroq; foro.
- X. Absolutio Episcoporum circa casus

suos

*sus Papales.*

*XI. Absolutio circa haeresin.*

I. Ad validam [A] peccatorum absolutionem necessaria prorsus est cuique Confessario iurisdictio interna [B] seu ad forum conscientiae spectans in personam [C] & peccata poenitentis, vel ordinaria, vel ex commissione.

[A] *De fide ex Conc. Florentino & Trid. Sess. 14. c. 7. quoniam natura & ratio iudicii exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper fuit in Ecclesia, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem, confertur enim Sacramentum poenitentiae per modum absolutionis iudicialis, in qua ipsa etiam forma consistit, quae valida non est, nisi in iudi-*

*catio*

cando adsit autoritas & iurisdic-  
 tio. [B] est autoritas quaedam in  
 alium tãquã inferiore[m] & sub-  
 ditum, saltem in actu iudicandi,  
 absolvendi & ligandi in foro con-  
 scientiã. [C] inde et si Cõfessarius  
 in personã haberet iurisdictionem,  
 tamen si in peccata, quia sunt, v. g.  
 reservata, aut vice versa, non ha-  
 bet, absolvere pœnitentem non po-  
 test, & in valida sequeretur abso-  
 lutio. Didacus Nugnus. 3 p. D. Th.  
 q. 20 a. 2 de pœnitentia.

II. Ordinariam Iurisdictionem  
 habent omnes pastores Ec-  
 clesiã, principaliter Sum. Ponti-  
 fex in vniversã Ecclesiã, im-  
 mediatè [A] à Deo, deinde Archi-  
 episcopi [B] tã in suam, quã  
 durante Visitatione suorum Epi-  
 scoporum Diocesi. Episcopi in  
 suo Episcopatu. Parochi in suis  
 parœciis Prælati Religionum in  
 suis Collegiis, seu Monasteriis,  
 qui

qui omnes tanquam propriè vocati Confessarii suos subditos vbiq; & à peccatis, & ab excommunicatione in foro conscientiae possunt absoluerè. Delegatam seu ex commissione habent illi, quibus eam ordinarii Pastores respectu suorum subditorum committunt [C].

[A] [B] *Communis Theologorum,* derivatur enim hæc potestas ex lege & diuino quodam decreto, quo Deus certè statuit personæ ritè electæ autoritatem illam & potestatem vniuersalis pastoris & sapientis conferre, ac simul eidem infallibili quodam ductu assistere in rebus tam fidei, quam morum decernentis, quæ ad communem fidelium salutem, fideiq; integritatem pertinent. Alii verò Pastores suam iurisdictionem, secundum ueriores, immediatè à Sum. Pontifice obti-

obti-



obtinent, non quidem vi consecra-  
tionis, sed ex vi sui muneris, quod  
consequuntur à Summ. Pontifice,  
iuxta illius institutionem ac mo-  
dum. [ C ] Sylvester V. Confessor.  
l. num 4. ex iure & recepta  
praxi Inde Religiosus quamvis se-  
mel atq; iterum ab Episcopo fuerit  
adprobatus, nec validè nec licitè  
confessiones audire potest, vide  
Nugnum in q. 8. a. 5. dub. 8. de  
pœnitentia, nisi vel à Superiore  
exponatur, v g. Prælato, aut Vica-  
rio absentis Prælati pro Confessio-  
nibus audiendis, vel nisi ab Epi-  
scopo specialem iurisdictionem  
( quæ utpote à Regulari delegato  
ad Confessiones audiendas sæcula-  
rium etiam cum quadam univer-  
sitate causarum nequit subdele-  
gari, nisi fortè sit ordinarius Pa-  
stor ) quam in sæculares concedere  
potest, aut nisi eligatur in Confes-  
sorem, ab eo, qui potest à quovis  
simplice

*simplice sacerdote adprobato ab-  
solui, siue qui tantum venialia,  
vel mortalia iam confessa, siue qui  
facultatem, v. g. nobiles, eligendi  
Confessarium habeant: quo casu se  
audiat huiusmodi Confessiones  
contra Superioris voluntatem, va-  
lidè quidem, sed non licitè absoluet.  
Nau. Man. c. 4. n. 6.*

**III.** Absoluere à casibus, &  
excommunicationibus reseruatis  
vniuersim possunt, qui casus re-  
seruarunt, ac censuras tulerunt,  
Sum. Pontifex, Episcopus, Con-  
cilium Generale, Capitulum &  
Congregatio Cardinalium Sede  
vacante, Prælatus Exemptus Re-  
gularis, quasi Episcopalem iuris-  
dictionem habens, singulique re-  
spectu suorum subditorum, auto-  
ritate ordinaria, tam in foro exter-  
no, quàm interno. Per commis-  
sionem autem in foro externo ab-  
soluere queunt, Legati, Nuntii, &  
Com-

Com-

Commissarii Apostolici, aliique quibus id peculiariter ab habentibus ordinariam potestatem committitur. Communis, quia eiusdem est autoritatis impedimentum humanâ lege & sententiâ ponere & tollere. *Henriq. l. 3. de pœnit. c. 13. Suar. t. 5. de Censuris. d. 7. num 10.* in foro externo hoc non possunt Parochi & Regulares Confessarii ex ordinaria potestate, tales utpotè inferiores eatenus habent iurisdictionem & potestatem ad absolvendum, quatenus ea à Superioribus Prælati, ac primariò à Summ. Pontifice totius Ecclesiæ Pastore conceditur, proinde ubi potestas ab iisdem vel non conceditur, sed per reservationem casuum limitatur, vel ad certum modum, v. g. dependenter à Confessione peccatorum Sacramentali restringitur, inferiores Pastores potestatem & iuris

iurisdictionem aliam non habent  
absoluendi, adeòque si excedant,  
nec licitè, nec validè absoluunt,  
sicuti nec ab excommunicatione,  
quâ nominatim in specie quispi-  
am excommunicatur, aut tan-  
quam excommunicatus denun-  
tiatur, ordinariè nemo potest ab-  
soluere, nisi qui eam tulit, aut  
eius Superior, successor, vel  
quibus id specialiter committi-  
tur, vti communiter docetur in  
*Cap. Nuper. de sentent. excomm.* quod  
valdè conducatur ad disciplinam  
Ecclesiasticam asseruandam, nè  
alioqui Superiorum sententiæ  
facile contemnantur. Hinc pu-  
tat *Tann. d. 6. q. 10. dub. 6* priui-  
legiatos non posse absoluere  
ab Episcopo nominatim excom-  
municatum & denuntiatum,  
nisi detur eis specialis com-  
missio.

**IV. In foro interno cuiq; Paro-  
cho**

cho & Confessario adprobato, qui à mortalibus potest peccatis [B] potest etiam ab excommunicationibus iuris nulli reseruatibus absolvere. Ab excommunicationibus autem reseruatibus ordinaria potestate & regulariter non nisi Episcopus [B] & Pontifex [C] à reseruatibus Sum. Pontifici solus Pontifex [D]

[A] *Communis apud Fill tr. 13. c. 7. num. 136. & colligitur ex Cap. Nuper. cit. [B] [C] patet ex dictis. [D] Communis & sigillatim claret. ex clausula Bullæ Cœne, ubi excommunicantur, qui sine legitima facultate ob defectum iurisdictionis præsumpserint contra tenorem aliquem à Casibus Bullæ absolvere, non tamen excommunicatio reseruata uti bene Sayr. Thesauro l. 3. c. 25 num. 7. contra Caiet. V. Excommunicatio. notat. Suar, cit. d. 2. s. 3. num. 6. excusas*

*fat inadvertentia aut ignorantia non affectata. Non tamen excluduntur legati cum constet Sum: Pontificem, nec moraliter posse nec debere (idem de Episcopo, Pralato) per se ipsum à Casibus sibi reservatis absolvere.*

V. In articulo mortis seu probabili periculo quicumque Sacerdos potest excommunicatum absolovere à quacunq; excommunicatione quantumvis reservata: cautione nimirum præstitâ iuratoria vel pignoratitia seu fideiussoria de stando mandatis Ecclesiæ & satisfaciendo. *Conc. Trid. sess. 14. c. 7.* atque ideò omnes Sacerdotes etiam non adprobati quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvunt, vbi saltē proprius Sacerdos, aut qui ordinariâ habet iurisdictionem non adsit, vel imparatus Non tantum quod iure divino (vti aliqui probabiliter  

P                      docent)

docent) ea potestas & iurisdictio omnibus Sacerdotibus palam excommunicatis, hæreticis, degradatis &c. Competat, sed etiam quod iure Ecclesiastico comuni omnium Pontificum & Conciliorum consensu potius ex ipsa Apostolorum institutione absoluendi potestas & iurisdictio in articulo mortis concedatur, vide *Tan. cit. q. 9. dub. 3. Henric. cit. c. 12. Suar. t. 5. d. 7. §. 6. Sa. V.*  
*Absolutio ab Excomm.* Forma absolutionis potest esse: Absoluo te ab excommunicatione, quam incurristi v. g. propter percussione Clerici, & restituo te Sacramentis Ecclesie, seu communioni fidelium: aut quæuis alia verba cum intentione, sufficiunt, nec teste *Sa. cit. n. 5.* requiritur expressio verbalis in absolutione excommunicationis.

VI. Extra mortis articulum multi Religiosi per sua privilegia à Sede Apostolicâ concessa, possunt  
 quos,

quoscūq; pænitentes in foro con-  
sciētiae absoluere ab excoṁunica-  
tionibus iuris tam Episcopo, quā  
Pontifici reseruatis, extra Bullam  
Cænæ Domini cōtentis *Alphonsus*  
*de Casarubios Privilegiōrū compiler V.*  
*Absolutio quoad sēcūlares. Roder. t. 1. qq.*  
*Canonica. q. 61. a. 5. ex multis Pontificum*  
*Decretis. Pii. 2. Nicolai 3. Sixti 4. &*  
*Leonis. 10. præsertim ex Breui Pauli 3.*  
*Societatis Iesu Patribus concessō ex quo*  
Presbyteri qui ad onus Confessio-  
nū sēcularium idonei reperti &  
deputati fuerint (pōssunt quorū-  
cūq; fidelium vtriusq; sexus, vn-  
decūq; accedentiū, vbi cūq; ex-  
titerint, confessionibus diligenter  
auditis, ipsos & eorū singulos ab  
omnibus & singulis eorū peccatis,  
criminibus, excessibus & delictis  
quantumcūq; grauib; & enor-  
mibus, etiā Sedi Apostolicæ reser-  
uatis. & à quibusuis ex ipsis casibus  
resultantibus, censuris, sententiis

¶ Habent

P 2

&



& pænis Ecclesiasticis (exceptis  
iis quæ in Bulla Cænæ conti-  
nentur) potestatem absoluendi at-  
que eis pro commissis pænitenti-  
am salutarem iniungendi.

VII. Nota. 1. quoscunq; fide-  
les, sæculares, Clericos Regulares  
(nisi fortè per speciales Constitu-  
tiones à Sede Apostolica adproba-  
tas impediuntur) tam ex sua quàm  
alia Prouincia, vbi pro tempore  
expositi sunt, & quasi secum de-  
ferunt potestatem istam, qua & vti  
possunt vbique, si nimirum Episcopi  
adprobatio præcesserit. Imo per  
priuilegium Gregorii 13. in Const. Ad  
*perpetuam rei memoriam*. Concedi-  
tur adprobato priuilegiato in Epi-  
scopatu v. g. Constantiensi, dum  
per Augustanum iter facit, facul-  
tas audiendi confessiones, obten-  
tâ prius, aut saltem petità, si com-  
modè peti queat, licentiâ ab Ordini-  
ario, aut nõ repugnantibus Rec-  
toribus

toribus Porochiarum 2. à quibus-  
cunque culpis etiam Sedi Apòsto-  
licæ referuatis, quare si casus seu  
excommunicationes Sum. Ponti-  
fici referuati expræfato priuilegio  
tollì possunt, quantò magis casus  
Episcopo referuati, vti patet ex  
lit. etiam, non limitationis, sed cau-  
sâ extensionis adiecta.

VIII. Nota 3. à quibusuis sen-  
tentiis tam à iure, quàm ab homi-  
ne generaliter aut specialiter (si  
specialem facultatem ad id à suo  
Superiore obtinuerit) latis absol-  
uere, si nimirum reus sit paratus  
læsæ parti, vel Ecclesiæ facere sa-  
tis, aut iusta aliqua causa exigat,  
nec graue scandalum iudicis se-  
quatur, neque absolutio indiget  
aliqua solemnitate 4. à Censuris,  
id est, à quacunq; excommunica-  
tione, suspensione & interdicto,  
*iuxta Cap. Querenti. de sent. excom.*  
*& moderationem Con. Trid. atq; ista-*

rum absolutio non indiget aliqua  
solemnitate & cæremoniâ iuris,  
sed simpliciter concedi potest ex  
priuilegio *Leonis. 10. teste Suar. n. 23.*  
5. à pænis Ecclesiasticis spiritali-  
bus nimirû non merè temporali-  
bus, aut corporalibus, nec medici-  
nalibus, sed vindicatiuis, quæ sunt  
impositæ à Canone, vel iudice Ec-  
clesiastico, & voluntariè sunt susti-  
nendæ secundû conscientiæ obli-  
gationē, quæq; ex vi sententiæ per  
quâ imponuntur, non habent posi-  
tiuam perpetuitatē, aut definitam  
durationē, sed ab illis pænis libe-  
rare potest, quæ pendēt ab arbitrio  
iudicis, sic mulcta pecuniaria, aut  
quæuis alia pæna quâ reus volun-  
tariè non suscipit, sed pati debet,  
excluditur. *Vide plura apud Suar. t. 4.  
de Statu Religionis l. 9. c. 2.* qua faculta-  
te, teste Roderico, securè vti possunt  
cõmunicantes Ordines, & præser-  
tim S. Ordinis Canonorum Præ-  
mon-

monstratensium, Sueuica Prouincia  
ex iure nouo & amplissimo indul-  
to S. D. N. Papæ Urbani 8.

IX. Quæres an absolutio à Cen-  
suris intra, vel extra Confessione  
Sacramentalē debeat impendi? R.  
1. tutius esse eam ab inferioribus  
confessoribus dependēter à Sacra-  
mentali Confessione cōferri, iuxta  
cōmunē & vulgare Bullarū tenorē:  
vti nimirū pænitentium Confessio-  
nibus diligenter auditis à crimini-  
bus & censuris absoluantur. R. 2.  
non carere probabilitate etiā posse  
absolutiois beneficiū in foro exte-  
riori concedi, quod priuilegii verba  
æquē Cōfessioi & absolutioi exte-  
riori queāt accomodari, quā Sacra-  
mentali. Hinc fit vt absolues à Cen-  
sura ex delicto graui cōtractâ, non  
possit pænâ duntaxat Sacramen-  
talē iniungere, sed etiā instar iudicis  
in foro cōtentioso pænitentī pænâ  
in contumaciæ vindictâ aduersus

Ecclesiam exercitæ, quam proinde reus tenetur sufferre, non quidem quod hæc pæna (præter onus satisfactionis & compensatiuæ delicti pænitentia) sit pars Sacramenti pænitentia, sed quod se voluntariè subiecerit huic iudicio & quasi hac conditione positâ, absoluitur. *suar. cit. l. 27. Roder. cit. d. 7. cum Nau.* qui ait esse communem, & particulas: Aditis pænitentium Confessionibus intelligendas asserit, secundum dispositionem iuris, vt nimirum absolutio fiat dependenter à Confessione Sacramentali, Censurarû verò extra Sacramentum. Quapropter Confessor priuilegiatus reum censurâ ligatum, paratumq; condignam satisfactionem & obedientiam Ecclesiæ redhibere, licet nolit aut nequeat Confessionem auricularem v. g. hæreticum Clerici percussorem, peragere, aut Confessori

fessori non esset integrum, probabile est á sola censura absolutum remitti posse ad alium, cui reliqua peccata detegat. Nec in foro conscientiae liberatur reus á solutione pœnæ foro contentioso debitæ, nec tertio ius adimitur, vt nequeat iustam vindictam postulare, aut publicitùs castigari: Publica namque punitio spectat bonum commune & exemplum aliorumque emendationem, ideòq; non debet impediri propter solam emendationem & castigationem in foro conscientiae, alioqui vergeret in graue Ecclesiae detrimentum.

X. Episcopi in foro conscientiae possunt absoluerè ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate (exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario) etiam in Bulla Cænæ Sum. Pontifici reseruata, si ex occulto delicto procedat, & ad forum con-

P 5

tentio-

rentiosum non deducto: præterea  
 in eodē foro [B] ab hæresi: simili  
 ter ligatū excoḿunicatione Papali  
 [C] si propter legitimum impedi  
 mendū Papā, Legatum, Nuntium,  
 accedere non possit: Quod si reus  
 nec Episcopū possit, à Parocho, eo  
 q; deficiente à quocunq; Confes  
 sore ad probato absoluitur, atq; idē  
 præstant Abbates [D] exempti, &  
 potestate quasi Episcopali præditi.

[A] [B] Conc. Trid. sess. 24. c. 6.

Henriq. l. 5. c. 16. Tan. d. 6. de  
 Penit. q. 10. dub. 6 n. 123. Et qua  
 minus hæc potestas absoluedi per  
 Bullam Cane Episcopis videatur  
 adempta, probabilis tamen est per  
 derogationem generalem Bullæ non  
 derogari privilegii in iure conten  
 ti, quod illorū non fiat expressa  
 specialis mentio Addit Tan. cit. non  
 esse dubiū quin Episcopi Germania  
 siue ex consuetudine, siue ex speciali  
 privilegio id possint [C] cū Soto. dist.

22. q.

22. q. 2. a. 3. Sylwestro v. Absolutio 3.  
 aliisq; viris prudentissimis, Tan. cit.  
 tum propter necessitatē, tam pro-  
 pter consuetudinē. An vero concessā  
 potestate casuū Papaliū in Bulla Cae-  
 na absoluendi concedatur etiā casus  
 heresis, cōtrouertitur ab autoribus.  
 In Germania cū sit maior necessitas  
 & usus absolutionis ab heresi, quā  
 ab aliis casibus Bulla, ita ut nonnun-  
 quā ex speciali privilegio permitta-  
 tur solus casus hareseos sine aliis,  
 existimare licet illū cui in Germa-  
 nia facultas generalis à Casibus Bul-  
 lae absoluendis facta est, etiā in illa  
 comprehendendi heresin [D] Henriq.  
 cit. cum aliis, ubi ait praxin cum  
 ratione & sapientum autoritate  
 idem Abbatibus permittere, quod  
 Episcopis. Roder. cit. a. q. cum  
 melioris conditionis debeant esse  
 Regulares, quā seculares Epi-  
 scopis subiecti. Atque posse Pre-  
 latos Ordinum Mendicantium &

Camus



Communicantium per sua privilegia absolvere suos subditos Religiosos ab omnibus Casibus Bullæ Cane etiam à relapsu in hæresim, & ab excommunicatione. Si quis suadente. docet Suar. cis. t. 1. c. 21. neque privilegia Regularium per Bullam Cane reuocari. Roder. t. 1. q. 20. a. 9.

XI. Imo multæ Religiones circa absolutionem ab hæresi, privilegia obtinere, uti patet. 1. ex Bullis Pauli. 3. Licet debitum. & Iulii 3. Gregorii 13 Societatis Generali concessis, qui in terris infidelium & remotissimis, quæ Sedem Apostolicam accedere nequeunt, suis Patribus potestatem ab hæresi absoluendi concedere potest, iuxta declarationem Pii. 5. in proprio motu. Et hic illud Glossæ locum habet. in Cap. Cum ex litteris. de in integrum restit. Multa propter distantiam conceduntur, quæ aliàs negantur 2. Iidem.

Idem ex eiusdem Gregorii indul-  
to absolunt Rapietes bona nau-  
fragantium iniunctâ restitutione,  
vbi & quomodo ea fieri poterit 3.  
absolunt legentes libros prohi-  
bitos, hæreticos, aut suspectos ex-  
tra Hispaniam 4. damnatos ad tri-  
remes à quibuscunq; casibus, sicuti  
in articulo mortis. Hæc tamen  
potestas non singulis ipso facto è  
Societate Iesu Presbiyteris conce-  
ditur, sed iis tantum qui ad id per  
Superiores (principaliter Genera-  
lem, Prouincialem, Rectorem,  
iuxta cuiusque delegationem) de-  
putantur, Prælati namq; longè  
maior facultas absoluendi & di-  
spensandi competit. *Suar. cit. l. 9.  
c. 11. à n. 16* quæ Priuilegia *Roder.  
to. 1. q. 55 a. 7.* etiam ad alios Re-  
ligiosos extendi per viam com-  
municationis, & sicuti Celeberri-  
ma Societas aliarum Religionum  
priuilegiis participat, & aliæ Re-  
ligiones

uile.  
Reli-  
ulle  
esim,  
quis  
l.  
arin  
der.  
cir-  
iui-  
Bul-  
3.  
sis,  
tis-  
am  
ous  
ndi  
io-  
il-  
ap.  
tit.  
ce-  
2.  
m.

ligiones eiusdem privilegii communicant. Etsi Bulla quandoque dicat, quod aliis non communicentur, prout clarè colligitur ex privilegiis à Gregorio 4. Cisterciensibus & Crucigeris collatis: neque opus est ut à Prælatiſ Societatis primum communicentur. Et à noſtri Ordinis deſtinatis Confessoribus ſecurè uſurpari poſſe non putarim ambigendum, quod appareat Prælatorum Noſtrorum petentium à Sede Apoſtolica mentem fuiſſe, ut privilegia (quantum Canonico S. P. Norberti inſtituto non repugnent) vel eadem quibus & inſignis Societas Ieſu, & Sera- phica S. Franciſci Religio, alii- que Mendicantes & non Men- dicantes utuntur, utique poſſunt, nouiter impetrarent, vel denuò ad ſedandos aliquorum ſcrupulos ob non uſum motos confirmaren- tur; quod quidem ampliſſimo  
indulto

indulto S. D. N. Urbanus 8. concessit, atq; vsum Priuilegiorū iuxta Amplissimorum Prælatorum dispositionem diuidendū reliquit, & iure merito, vt quibuscum paria in salute animarum paræciarumq; insuper cura onera subimus, & gratias atque priuilegia habeamus communicata: quis enim vel modicum antiquarum rerum tenax nesciat S. Norbertum sui sæculi illustre sidus, Apostolicum præconem extitisse & reformatorem, & cum Clericali munere vitam Canonicam suis in Christo renatis viuendam præcipisse, & per quinque iam sæcula laudabiliter fructuosèque cum maximo animarum luero, Ecclesiæ Romanæ augmento, & Singulari Canonici Ordinis nostri decore continuatam.

*Et mirum sanè hodieq; aduersarios*

farios esse, qui acriter pugnent animarum curam Religiosis, vel omninò non competere, aut contra suam vocationem extra Cænobium Parochias curare. Sed ii non verentur Sedem Apostolicam aperte conuellere, quæ eiusmodi Regularium Clericorum instituta adprobauit, multisq; priuilegiis confirmauit; & Canonico Iuri contradicere. Et quidem liquidò ex illo constat 1. Monachos esse capaces Curæ animarum. *Cap. Doctos; causa. 16. q. 1. & seqq. c. vide Less. l. 2. c. 41. dub. 12. n. 97.* quantò magis Clerici Regulares (vti inter cæteros sunt Præmonstratenses) quorum functiones animarum officio sunt coniunctiores, quàm Monachorum, qui tamen à tempore S. Ambrosii ad curam animarum assumebantur 2. posse etiam Parochias obire *Cap. si Monachus, qui, si, vt dicitur, ad Clericatum promoueatur,*

moveatur, Beneficia ei pleniter & annuæ decimæ donentur, vt quâdo necessitas extiterit, ad opera Ecclesiastica & ipsâ restaurandam Ecclesiam, adiutoriam faciat, absq; dubio non ad Ecclesiam Monasterii, in quo Professus fuit, sed Ecclesiam Parochialem cui pro tempore præsidebat. Similia in Cap. Moderamine. Cap. Ex autoritate. & supponitur Clement 1. de Privilegiis. Vide de Hammesum t. 2. Cons. 400. l. 5. 3. Inter alia vbi docet satis esse Beneficiario Regulari, si ad sustentationem ei ex redditibus beneficii assignetur aliqua congrua portio, vltra quam, quicquid est, Monasterii esse. Et in corporatione paræciæ factâ, Monasterio non penes Episcopum, sed Abbatē esse ex bonis seu decimis detrahere. Quod si Abbas suo Religioso nimis detraheret, vt se honestè tractare nequiret, posset ille aduersus Abbatem

tem

rem conqueri, & congruam portionem exigere, idque illæſâ obedientiâ, quam ſuo Superiori debet, cum ius permittat Religioſo in ſimilibus euentis in iudicio agere contra ſuum Superiorem. De Instituto Canonicoꝝ Præmonſtratenſium patet illi ſemper incorporatas fuiſſe Parochias, *uſque* *probat in Annotationibus P. Martini Merz. Annot. 8. & Laurentii Landtmetzer, de Clerici, Monachi, veteri inſtituta. p. 3. c. 11.* Vbi Canonicos Regulares idem cum Apoſtoliſis inſtitutum ſeruare, quibus adnumerem Canonicos Præmonſtratenſes, eos aſſerit, uſque hodie innumeris Eccleſiis Parochialibus Ordini ſuo incorporatis præeſſe. Et infra: ut mirum ſit virum hodie magnum (intellige alios æmulos) conatû docere hac functione Religioſis Clericis interdendum, in qua ab ipſa Eccleſiæ

inſan-

infantia (Præmonstratenses à cæpto instituto) sanctissimè defudarunt. Et cur æmuli, cum nil quicquam in scientia, zelo, prudentia, sollicitudine Pastorū nostrorum, quod crimentur, habeant, illud solum obloqui audent, voluntque Monachos Monasterio tanquam pisces aquæ adhærere, atq; ita Ordinariorū potestatem, ac auctoritatem eleuari: sed ad has futes argumentationes superq; satis respondit in suis vindiciis Priuilegiorū Franciscus à Fonte, quē videat. Quin manifestissimè constat, (vt de iis tantum loquar quæ omnibus nota sunt) Cōstitutiones Synodales æquè à Nostris vigeri seruari, maximè in iis, quæ diuinū cultū subditorū salutē, Scamentorū administrationē concernunt. In quo ergo Episcopi auctoritas demitur, si præstatur, quod iubetur. Vt sacra mūdè seruentur, debito ritu & conformi

Sara



Sacramēta administrentur, catalogus Baptizatorū conficiatur, aliaque cæremonialia Diæcesi conformia vsurpētur seuerè ab eorū Superioribus iniungitur super quibus semper parati sunt Pastores Regulares respondere: in aliis meritò sua tuentur priuilegia *iuxta Cap. Romana de Censibus in S. l. 3. tit. 20. §. Hanc autem. & declarationem Cardinalium in Cap. 11. sess. 25. de reform. §. Parochiales. & VVammesium t. 2. Confilio. 465. de Regularibus. Constitutiones Provincialis Capituli de Anno. 16. 18. §. de Parochis.* in quibus tam solerter periculis occurritur, vt Pastor vix possit esse malus, nisi studiosè malus esse velit. Verum impio & suæ salutis incurio facilis vbiq; descensus auerni.

XII. Afferit vniuersim Cyprianus Ordinis S. Francisci Capucinatorum in lucem vulgatus Anno. 1625. Confessores Mendicantium &

& non Mendicantium Privilegiatorum à Casibus in Bulla Cænæ contentis, etiam à crimine hæreseos, ex concessione Urbani 4. Carmelitis facta (perviam cōmunicationis aliis Ordinibus) perquam omnium criminum, nisi tam enormia forent, vt meritò consuleretur Sedes Apostolica, absolutionem impertitur. Inter eiusmodi enormia reputantur 1. Relapsus in hæresin coram iudice competenti abiuratum 2. schisma 3. litterarum Apostolicarum falsificatio. 4. ad infideles armorum delatio. De aliis criminibus etiam Simonix prauitate irretitis absolunt & dispensant. *In lect. par. en. 28. Alphonsus in additione v. A solutio. quoad Fratres. fol. 29.* Neque sermo est de speciali privilegio, quod particulare Cænobiū à Sede Apostolica obtinuit pro necessitate vti, & Nostri Cænobii laudatissimus  
 Anti-

Antistes, & suarum ouium perquã  
egregius Pastor, sed de Generali  
concernente vniuersum Ordinem.

XIII. Quod verò Religiosi pri-  
uilegiati possint à casibus Episco-  
pis reseruatis absoluerè, claret par-  
tim ex *Pauli 3. decreto, aliorumq; Pon-*  
*tificũ. partim oraculo Gregorii 31. con-*  
*firmantis priuilegium concessum,*  
& declarantis, se noluisse per  
III<sup>orum</sup>. Cardinalium in *Conc. Trid.*  
*sess. 14. c. 4. asserentiũ: Regulares*  
non posse ex priuilegiis, præsertim  
ex illo quod Mare Magnũ vocant,  
absoluerè quemquam in casibus  
quos sibi Episcopus reseruauerit;  
declarationem derogare dicto pri-  
uilegio, & manifestè post *Conc. Trid.*  
iterum confirmatum fuisse. constat  
ex *Bulla Pii. 5. Dum indefessa. Suar.*  
*cit. n. 14. Fill. t. 1. tr. 15. c. 10. n. 244.*  
*& 247. Delr. l. 6. Disqui Mag. c. 1. f.*  
*3. Alponsum cit. Cypr. cit* Imo *Delrius*  
addit vsu non recipi Declarationes  
Cardi-

Cardinatum quod non publicen-  
tur. Erratio á maiori ad minus de-  
sumitur, si enim Pontifex suos  
concedit, multò magis Episcopo-  
rum concedere censeretur, *in xta R. g.*  
*l. 3.* cui licet quod est plus, licet vi-  
q; quod est minus, vt meritò *Roder.*  
*cit. a. 3.* concludat Cõfessores Ordini-  
um Mendicantiũ, & cũ his comu-  
nicantiũ posse absoluere á casibus  
Episcopo siue de iure, si tamẽ aliqui  
sunt, siue de consuetudine vel spe-  
cialiter reseruatis: nisi scãdalũ aut  
enormitas criminis aliud suadeãt.

XIV. A casibus deniq; Prælati-  
Religionum reseruatis neminem  
alium nisi ab iis præstitutum, seu  
delegatum absoluere liquido con-  
stat, vt iam Pastores Religiosi foris  
quam intra Claustrum degentes,  
certos habeant accedere Confes-  
sores, quibus delegatã à dictis ca-  
sibus absoluendi potestas, per Cæ-  
nobii Antistitem confertur, &  
alii

alii

alii Canonici, licet ad probati sint  
 ab Episcopo & expositi respectu  
 sæcularium, in hisce casibus re-  
 spectu Religiosorum sine speciali  
 licentia nihil possint ob defectum  
 Jurisdictionis, quam soli Supe-  
 riores pro arbitrio idoneis presby-  
 teris debent & possunt conferre,  
 restringere. *Ex Bulla Clementis 8.  
 & praxi quotidiana.*

Hæc sunt quæ de Casibus re-  
 seruatis visa sunt dicenda, quæ  
 omnia & singula Sancto Sanctæ  
 Matris Ecclesiæ Romanæ & cui-  
 us alterius rectius quàm ego sen-  
 tientis, qua par est humilitate &  
 reuerentia, iudicio & censuræ  
 subiicio. Ad maiorem Dei  
 Deiparæque S. Nor-  
 berti & Tyberii  
 gloriam, &c.

ELEN-

---

**ELENCHVS.**

Partium & Capitem  
huius Tractatus.

**Pars I.**

De Casibus Sum. Pon-  
tifici referuatis.

**Caput I.**

De Casu referuato se-  
cundum se.

1. Quid sit Casus referua-  
tus?
2. De diuersitate iurisdic-  
tionis in referuatis, Vo-

Q to,

to, Irregularitate, aliisque Censuris.

3. Quodnam peccatum sit reservandum?
4. Quis possit reservare? scilicet Sum. Pontifex, Episcopi, Prælati SS. Ordinum.

## Caput II.

De Casibus Sum. Pontifici in Bulla Cœnæ Domini, reservatis.

1. Hæresis, Apostasia, Schisma, & quid sint?
2. Appellatio ad futurum Concilium.

3. Præ.

3. Prædatio maritima.
4. Furtum in bonis naufragantium.
5. Impositio, seu <sup>acc</sup>entio Tributorum.
6. Falsatio, & vsus litterarū Apostolicarum.
7. Delatio armorum ad hostes Christiani nominis.
8. Impedimentum victualia Romam conuehendi.
9. Detentio, aut spoliatio accedentium, vel recedentium à Sede Apostolica.
10. Peregrinantium Romam infestatio.
11. Hostilis insecutio Sedis

Q

2

Apo-



- Apostolicæ Legatorum.
12. Aduocatorum Curia  
Romanæ molestatio.
13. Prætextus de executio-  
ne litterarum Apostoli-  
carum aduersus Eccle-  
siasticos & sæculares.
14. Auocatio, seu impedi-  
mentum Causarum, è  
Curia Romana.
15. Violatio à Iudicibus sæ-  
cularibus libertatis Ec-  
clesiasticæ.
16. Impedimentum iurisdic-  
tionis exercendę ab Ec-  
clesiasticis.
17. Usurpatio iurisdictionis  
redituum ad Ecclesiam  
vel Monasterium perti-  
nentium.
18. Im-

18. Impositio Decimarum,  
& aliorum onerum in  
Ecclesiasticos sine licen-  
tia Papæ,
19. Iudicium sæcularium in-  
terpositio in Causis cri-  
minalibus Ecclesiastico-  
rum,
20. Inuasio bonorum, ac ju-  
rium ad Sedem Aposto-  
licam spectantium.

### Caput III.

#### De Casib. in Iure Sum. Pontifici reserua- tis.

- I. Violēta in Ecclesiasticos,  
Religiosos etiam Noui-  
tios

Q 3

tios

- tios manuum iniectio,  
cum explicatione Cano-  
nis. Si quis suadente  
Diabolo.
2. Excipiuntur à defensio-  
ne Canonis degradati  
realiter, bigami, coniu-  
gati, depositi.
  3. Percussio leuis.
  4. Percussio parentum, præ-  
ceptoris, Domini mode-  
rata.
  5. Iudicium, ministrorum  
Iustitiæ detentio aduer-  
sus Clericum.
  6. In percussione Clericine  
cessaria defensio.
  7. Verberatio Ecclesiastico-  
rum Iudicium.
8. Pec-

8. Peccatum Incendiarij.
9. Sacrilega effractio Eccle-  
fiarum, & quid sit effra-  
ctio.
10. Licentia inferendi iniu-  
rias Censurarum Procu-  
ratoribus, Executoribus.
11. Absolutio in articulo  
mortis non impletâ con-  
ditione, aut onere com-  
parendi.
12. Impositio onerum ad-  
uersus Ecclesiasticos.
13. Compellentes seculares  
Clericum tempore In-  
terdicti Diuina Officia  
peragere.
14. Eexenteratio mortuo-  
rum in terris Catholicis.

- 
15. Simonia in Ordine, vel Beneficio.
16. Sepultura Ecclesiastica hæretici.

### Caput IV.

De Casibus aduersus Religiosos tam reseruatis, quàm non reseruatis Sum.

#### Pontifici.

1. Auditio Religiosorum, vel Clericorum Legum, aut Physices.
2. Temera in Religiosis habitus dimissio, & quando talis sit.
3. Professio Religiosorum  
ad

Elenchus. 347

ad studia licita sine facultate Prælati.

4. De Interdicto, quod Religiosi non observant.
5. De intrusione mulierum ad Monasteria, aut Professionem.
6. Matrimonium à Professo initum.
7. Detentio armorum intra Claustra.
8. Administratio Sacramentorum à Religiosis non Parochis.
9. Largitio, aut acceptio pretij temporalis pro ingressu Monasterii.
10. Monasterium tenuè licitè aliquid accipit.

Q 5

II, Et-

- II, Etiam Monasteria Monialium, & cur e
- 12, Alere pauperem in studijs Monasterium ideò potest, vt iis absolutis Monachus fiat aut sumptus refundat.
- 13, Transitus Religiosorum à suo ad alium Ordinem.
- 14, De Clausuræ introducendæ, & seruandæ stricta obligatio.
- 15, De eadem reuocatio quorumcunque priuilegiorum.
- 16, Et seuerissimè prætextus contra Clausuram.
17. & 18, Explicatio quarundam Constitutionum super

per

per Claufura;

19. An etiam Abbatibus  
Cenfura imponatur pro-  
pter transgressionē Clau-  
furæ;

20, & 21. De prætextu varię  
opiniones, & quid fen-  
tiendum de ancillarum  
ministerio,



Pars



---

# Pars II.

De Casibus Episcopis,  
aut inter Episcopales  
referuatos numerari  
solutis.

## Caput I.

De Casibus vel iure, vel  
consuetudine Epi-  
scopis referua-  
tis.

1. Referuatio Episcopis è  
triplici capite colligitur,  
vel iure nimirum com-  
muni, vel consuetudine,  
vel

vel proprio.

2. Leuis percussio, & cur ita censeatur.
3. Casus ab Episcopis referuati.
4. Si Papa non potest conueniri postmodum absolutio in Episcopos deriuatur.
5. & 6. Quæ personæ sint ab accessu Romam versus liberæ, etiamsi censurâ Papali ligentur.
7. Absolutus in articulo mortis, cur se sistere debeat, vbi conualuit?
8. Peccatum Clerici cum Irregularitate.
9. Crimen scandalosum, & publi-

- publicâ poenâ mulctatū.
10. Crimen Incendiarij.
  11. Homicidiū voluntarium.
  12. Sortilegium.
  13. Violatio libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ.
  14. Opinio quorundam, quæ afferit nullum casum de jure communi Episcopis referuari,

### Caput II.

#### De Casibus Constantiensi Episcopo referuatis.

Per totum de Casibus referuatis aduersus Laicos, & Clericos siue sint publici, siue occulti.

Caput

## Caput III.

De Fornicatione cum  
filia Confessionis, Be-  
stialitate, Coitu cum  
Infideli, Adulterio, Ra-  
ptu, Sacrilegio, &  
Incestu.

1. Grauiſſimum peccatum  
Confessarii, & eiusdem  
diuturna poena.
2. Bestialitas est peccatum  
contra naturam, & gra-  
uis Sodomia.
3. Coitus cum Infideli.
4. Adulterium.

5. Ra-

5. Raptus cuiusque personæ libidinis causâ.
6. Cōmixtio carnalis cum Moniali Professa.
7. Incestus inter Consanguineos, quàm affines respectiue est longè peior.

#### Caput IV.

De inualido vsu, & abusu Sacramentorum, & Sacrarum rerum.

1. Celebratio illicita ob defectum loci, personæ, vel vestium, & quibus, vel quot pannis altare sternendum, quot candelæ, &

& quales accendende, an  
etiam liceat non ieiuno  
celebrare.

2. Faciens non Presbyter  
(Ministrans non ordina-  
tus præter Irregularita-  
tem) grauissimum com-  
mittit scelus à brachio  
sæculari coercendum;
3. Sigilli Confessionis obli-  
gatio quanta, & vnde o-  
riatur.
4. Iteratio voluntaria Ba-  
ptismi, Confirmationis,  
Ordinationis inualida.
5. Ordinatio per alterius  
Diœcesis Episcopum fa-  
cta suspenditur, & est il-  
licita.

6. Va-

6. Variæ causæ ab Ordinum  
susceptione aliquem im-  
pedientes, aut inhabilem  
reddentes ad eorum v-  
sum,
7. Parens extra necessitatē  
propriam prolem bap-  
tizare, aut instar Patrini  
suscipere non potest,
8. Res sacræ, & Sacramenta  
ritè, sanctèq; tractanda,



Caput

## Caput V.

De Excommunicatio-  
ne, sepelitione Excom-  
municati, Incēdio Ec-  
clesiarum, Pollutione,  
Violentiâ in Eccle-  
siasticos & Sacri-  
legio.

1. Excommunicatio major.
2. Sepultura bifariam pro-  
hiberi potest, vel ratione  
personæ vel loci.
3. Incendium cuiuscunque  
rei malitiosum.
4. Pollutio Ecclesiarū quin-  
que modis euenit.

5. Im-



5. Immunitas quando, & quot modis violetur.
6. Furtum rei sacræ, scilicet in notabili valore.

Caput VI.

De Inualido Matrimonij contractu, & Sponsaliorum contemptu.

1. & 2. De Matrimonio viuente adhuc coniuge, aut de cuius obitu certò non constat, cum alia contratto.
3. De Matrimonio clandestino, id est, sine Parocho, duobus, aut tribus testibus.

4. De

4. De negligentia in peti-  
ciendis Sponsalibus.

Caput VII.

De homicidio volun-  
tario, Duello, Abortu,  
Percussione Parētum,  
Machinatione mor-  
tis in Coniu-  
gem.

1. Homicidium ex propofi-  
to aliud est directè, aliud  
indirectè volitum.  
2. & 3. De Duello solemni,  
eiusque Excommunica-  
tione;  
4. De Abortu, & procura-  
tione sterilitatis.

5. De

- 
5. De enormi Parentum percussione,
  6. De Machinatione mortis in Coniugem.

### Caput VIII.

#### De Periurio in Iudicio facto.

1. Bina Periurii acceptio.
2. Gravitas Periurij.
3. Periurium iudiciale.



Caput

---

Caput IX.

De Falsificatione literarum & monetæ.

1. Falsificatio quid sit.
2. Falsificatio monetæ cuiuscunque.



Pars

---

# Pars III.

De Casibus Prælatiſ  
Religionum reſervatis,  
juxta Conſtitutio-  
nem Clementis  
VIII.

## Caput I.

De Veneficiis, Incan-  
tationibus, Sorti-  
legiis.

1. Veneficium propriè ſi-  
gnificat veneni adplica-  
tionem, ſed extenditur  
etiam ad Maleficium,  
quo

quo quis alteri nocet.

2. Religiosi venenum præbentes etiam non secuti morte incidunt in casum reservatum.

3. Maleficium est species Magiæ.

4. Astrologia judiciaria quando arguenda Superstitionis.

5. Diuination nitens expresso pacto Dæmonis est semper lethalis.

6. Rusticorum obseruationes ex auiū volatu quandoque licitæ.

7. Carmina Dæmonis artificio laborata ad morbos gignendos.

R

8. & 9.

8. & 9. An & quando, quisve  
debeat maleficium sol-  
uere.

10. 11. & 12. De Sortibus tam  
Consultoriis, quam Di-  
uisoriis, & quando ea-  
rum vsus licitus, vel sit  
prohibitus.

13. Nulla officia regulariter,  
nec sæcularia sorte diui-  
denda.



Caput

## Caput II.

De Apostasia à Reli-  
gione & furtiuâ Mo-  
nasterij egres-  
sione.

1. Quid sit Apostasia à Reli-  
gione.
2. Religiosus à Religione  
discedens nunquam re-  
diturus est Apostata, &  
casum reseruatū incidit.
3. Qui habitum temerè di-  
mittit, vel malitiosè oc-  
cultat excommunicatur.
4. Religiosus sine licen-  
tia Monasterium egre-  
diens

Radiens



diens animo vagandi ad  
tempus peccat morta-  
liter.

5. Ad Casum reseruatū non  
sufficit animus, sed opus  
perfectum.
6. Eiecti, & fugitiui tenen-  
tur redire.
7. Nouitius ante Professio-  
nem de impedimentis  
interrogatus, quæ scien-  
ter subticuit, potest inde  
expelli.
8. De furtiua, & nocturna  
egressione extra septa  
Monasterii.
9. Extēditur casus ad Ab-  
bates, Priores, Officiales.

Caput

## Caput III.

De Proprietate & furto  
Religiosorum.

1. 2. 3. & 4. Votum Paupertatis  
ad quid Religiosum ob-  
liget tam in accipiendo,  
quàm expendendo, ut  
nquàm liceat ultra Su-  
periorum voluntatem  
aliquid retinere, vel  
dare.

5. 6. & 7. An & quæ licentia Re-  
ligiosum excuset à vitio  
Proprietatis.

8. *de* Beneficiario Religioso, e-  
iusq; reddituum dispen-  
satione.

R

3

9. &amp; 10.

9. & 10. Esculenta furtim ablata à Religiosis, aut filijs familias, etiam in notabili quantitate non facile fiunt lethifera, si ab ipsismet consummantur, secus si aliis dentur.

11. Liberales donationes non facile à Religioso faciendæ.

12. Constitutio Clementis VIII. non est usu recepta super prohibitis quibuscunq; largitionibus munerum, nisi de rebus minimis, & ibidem, Religiosus non potest habere pecuniã indepēdēter à Superioris voluntate.

13. 14. & 15. Definitur quantitas furti lethiferi, & cōsequenter quando furando Religiosus casum incidat reseruatum.

## Caput IV.

## De Abortu, Occisione, Vulneratione &amp; graui Percussione.

- 1) Abortus quid sit
  2. Quo tempore soleat animari foetus.
  3. Poenæ à Sixto V. procurantibus abortum statutæ.
  4. Moderatio Sixtinæ Cō-
- R 4 sti.

stitutionis, vt ille tantum  
contrahat Irregularita-  
tem, qui abortum foetus  
animati procurauit.

5. Occisio, Vulneratio, Per-  
cussio grauis cuiuscunq;  
personæ in Religioso re-  
seruatur.



Caput

Caput V.

De Iuramento falso in  
iudicio Regulari.

- I. Iuramentum vt sit actus  
Religionis debet niti Ve-  
ritate, Iudicio & Iustitiâ.
2. & 3. Diuisio iuramenti, quid-  
vé vnumquodque sit?
4. Iuramentum Assertori-  
um falsum semper est  
peccatum mortale, si sci-  
enter fiat.
5. Etiam Promissorium si  
non impletur.
6. Iuramentum quadrifari-  
am contingit.
7. & 8. An intermissio iura-  
menti

R 5.

- menti promissorij in re parua sit mortalis?
9. Obligatio Iuramenti quo modo sit in dubio interpretanda?
10. An Religiosus amphibologicè possit citra perjurium respondere?
11. Regulare Iudicium sine strepitu instituitur.
12. De vijs accusationum.
13. & 14. Quo modo generalis & specialis super criminibus inquisitio sit instituenda?
15. Iudices Religiosorum & Clericorum non procedunt sine accusatore.
16. Cur Iudiciũ Regulare vocetur?

Caput

## Caput VI.

## De Lapſu Carnis.

1. Obligatio Voti Caſtitaſis ſeſe extendit ad omnes libidinis actus reprimēdos.
2. Quinam actus libidinoſi ſub lapſu comprehenſendi?
3. Tam in ſecunda, quā prima perſona lapſus carnis committitur.
4. An pollutio de turpi cogitatione ſequens ſit caſus reſervatus?
5. Quid de libidinoſis in fœminam fixis oculis?

Caput



---

Caput VII.

De Falsatione manus,  
figilli, & impedi-  
mento littera-  
rum.

1. Falsatio qui fieri soleat?
2. De furtiua figilli fabrica-  
tione;
3. De iniusta litterarum re-  
tentione & apertione;



Caput

Caput VIII.

De Absolutione à Casibus Reservatis.

1. Ad absolutionem requiritur jurisdictio.
2. Penes quos sit jurisdictio ordinaria?
3. Absolutio à Censuris, aut peccatis primario competit ipsis reservantibus.
4. Quilibet adprobatus absoluit ab Excommunicationibus non reservatis.
5. In articulo mortis tollitur.

tur quæcunque referua-  
tio.

6. Religiosi ex priuilegio  
absoluunt ab excommu-  
nicationibus Papæ, & E-  
piscopis referuatis extra  
Bullam Coenæ;
7. & 8. Explicatio Constitu-  
tionis Pauli III.
9. An absolutio censuræ in-  
tra, vel extra Confessio-  
nem sit conferenda.
10. Absoluunt Episcopi in  
foro Conscientiæ ab Ex-  
cōmunicationibus Bul-  
læ Coenæ Domini.
11. & 12. Priuilegia circa ab-  
solutionē hæreseos, alio-  
rumque casuum.

13. Pri-


Elenchus. 377


13. Priuilegiati absoluunt à  
Casibus Episcopo reser-  
uatis;
14. A Casibus Prælatiſ Religionum non omnes,  
ſed tantùm delegati ab-  
ſoluunt;

*Collegij S. Petri J. S. S. Paderbornæ.*


FINIS.
















recliv  
...

9-

Th

2381